Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

LVCIANI
SAMOSATENSIS
OPERA

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΑΠΑΝΤΑ.

LVCIANI SAMOSATENSIS

OPERA.

TOMVS ~~V.~~ II (title & index of Book of II)

EX VERSIONE

IOANNIS BENEDICTI.

Cum NOTIS *integris*

Ioannis Bourdelotii, Iacobi Palmerii a Grentemeſnil, Tanaquilli Fabri, Aegidii Menagii, Franciſci Guieti, Ioannis Georgii Graevii, Iacobi Gronovii, Lamberti Barlaei, Iacobi Tollii, & ſelectis aliorum.

Accedunt inedita Scholia in Lucianum, ex Bibliotheca ISAACI VOSSII.

AMSTELODAMI,
Ex Typographia P. & I. BLAEV,
Proſtant apud WOLFGANG, IANSSONIO-WAESBERGIOS, BOOM, à SOMEREN, & GOETHALS.
M DC LXXXVII.

SERENISSIMO & POTENTISSIMO

PRINCIPI

FRIDERICO WILHELMO,

MARCHIONI BRANDEBVRGICO, S. ROMANI IMPERII ARCHICAMERARIO, ET ELECTORI, SVPREMO IN BORVSSIA, MAGDEBVRGI, JVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, STETENI, POMERANIAE, CASSVBIORVM VANDALORVMQVE, NEC NON IN SILESIA CROSNAE ET SCHWEIBVSSII DVCI, BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADENSI, MINDENSI, ET CAMINI, COMITI DE HOHENZOLLEREN, MARCAE ET RAVENSBERGI, DOMINO RAVESTEINII, LAVENBVRGENSIS ET BVTOV;

S. D.

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

Nisi mirifica singularisque Tua benignitas in fovendis pacis artibus aeque testata cunctis gentibus esset, ac Tua virtus & laus bellica, maximis rebus

geſtis parta, nunquam in animum potuiſſem inducere, ut hunc politiſſimum ſcriptorem, & per quam lepidum errorum & ineptiarum, quibus omne genus hominum obnoxium eſt, animadverſorem, Tibi, ſereniſſime Princeps, offerrem. Orbis terrarum non minus ſuſpicit Tuam in ſublevandis & tuendis omnis liberalis doctrinae ſtudiis, ſapientiam, quam admiratur quae praeclariſſime geſſiſti magnitudinem. Haec ſane tanta ſunt, ut patrari a Te poſſe, cum ſuſciperes, non ſperari, vix optari poterat; patrata vero eſſe, non credi, niſi rerum teſtimonia fidem facerent. Ecquod illuſtrius teſtimonium eſt victoria Sarmatica, qua, ſociatis cum foederato Rege copiis, quae non excedebant numerum tricies mille virum, maximas nobiliſſimae gentis copias, nonagies mille Sarmatas, & quadragies mille Scythas, in oculis ſedis Regiae fudiſti, & optimam Boruſſiae partem, Regia dominatione levatam, in libertatem ſic vindicaſti, ut tota poſt haec Tui juris & ditionis fuerit? His enim legibus ut pax redimeretur facile Tibi paſſus es perſuaderi, qui nunquam arma ſumſiſti, ut imperii fines latius proferres, ſed ut injuriae licentiam eriperes hoſtibus, & otium non obnoxium, ac ſecuritatem Tibi parentibus populis praeſtares, & aut ſociis, aut importune afflictis opitulareris. Quid glorioſius tropaeo Fehrberolinenſi? cum arma Tua, quae in remotiſſimis imperii Romani finibus, ad ejus majeſtatem & ſalutem tuendam, illiuſque inimicos ſubmovendos quaſi peregrinabantur, revocarent ſubiti ac nec opini hoſtes,

hoſtes, qui abſentiam Tuam occaſionem, ſuam ducentes, dolis ac vi Tuas terras, praeſidiis nudatas, non infeſtarant modo, ſed occuparant. Quantas mox hujus injuriae poenas Deo, Tibi, & ſibi ipſi dederunt! Cum parva cum manu equitum advolares ad Tua vindicanda, & exercitum numero & locorum oportunitate longe ſuperiorem, & ab inſtrumento bellico rebuſque aliis omnibus paratiorem, tanta celeritate, ſed longe majore virtute aggredereris, caederes, & fulminis inſtar proſterneres, ut non tam de illis, quae invaſerant, retinendis, quam de ſua ſuorumque ſalute ſolliciti, pavidi terroriſque pleni refugerent. Equidem magna mercede didicerunt, quam temere & quam inauſpicato laceſſierint Principem, quem invictum ad arma divina virtus & animus excelſus praeſtat, & quem perpetua in bellis gerendis, quia nulla niſi pia & juſta ſuſcipit, fortuna comitatur. Quot enim urbes, arces, caſtella, cum ingenio ſitus, tum operibus firmiſſimas non longi temporis ſpatio amiſerunt? Stralſunda, quae acerrimos ſuperioribus hujus ſeculi annis, ingentium Caeſarearum copiarum inſultus ſuſtinuerat & retuderat, ut haberetur inexpugnabilis, quam facile novo miſſilis ignis commento Tibi ceſſit? Stetinum, munitiſſimam, & magno lectiſſimorum equitum & peditum praeſidio, omnique apparatu bellico inſtructiſſimam in patientiam obſidionis longiſſimae, quam & animo fortiſſimo, ingentique fiducia, an pervicacia dicam, ferebant, quanta virtute, quantoque conſilio cepiſti? Rugam tan-

tis copiis infeſſam, tantis operibus & caſtellis, ipſoque mari ſeptam & vallatam, quam brevi, expoſito milite, fuſis hoſtibus, ſubjugaſti, inſigni documento virtutem & felicitatem Tuam omnia ſequi, etiam quae humana vi non expugnari poſſe videbantur. Sed nihil ſplendidius, & ad omnium ſeculorum commendationem magnificentius eſt lauru Boruſſiaca. Hoſtes recollegerant vires, dilectuque domi habito, numeroſo exercitu, per Sarmatiam irruptione facta, infeſtarant Boruſſiam Tuae ditionis, regionem tam ad belli ſubſidia, quam ad decus pacis ornatiſſimam, & uberrimis fructibus Tuum aerarium locupletantem. Caedibus, direptionibus, incendiis graſſabantur, non mediocres terrores jaciebant, diraque denuntiabant imperata detrectantibus. Videbatur fortuna, cum abeſſes longe, ac diſtinereris, omnia commutaſſe. Sed tu, invictiſſime Princeps, contractis pro tempore copiis, quam ſubito, quam inexpectato hoſtibus ſuperveniſti, ut ante Te veniſſe viderent, quam audierant venire. Adventus enim Tui nuncios incredibili celeritate praeveneras, & quidem alieniſſimo anni tempore, cum omnia frigoris immanitate rigerent, & per duratum glacie ſinum maris Balthici exercitus & omnis apparatus bellicus eſſet ducendus. Simul veneras, ſimul viceras. Inſperatus Tui conſpectus animos hoſtium tantopere perculerat, ut non tam de pugna, quam de latebris, quas circumſpiciebant, & fuga, quam maturabant, cogitarent. Victoriae praemium fuit non modo Boruſſia recuperata, ſed Pomerania

rania citerior ulteriorque pacata. Haec omnia Te Duce. ſed quid non Tuis auſpiciis & auctoritate per Tuos duces geſtum eſt? Vt alia taceam, hoc ipſo anno, quas contra immaniſſimum Chriſtiani nominis hoſtem copias miſiſti auxiliares, quae non mirifica virtutis inuſitatae documenta dederunt, in illa ingenti & nunquam non commemoranda obſidione Budae. Septies haec urbs a Chriſtianis fuit obſeſſa irrito ſucceſſu, & magno Imperii Chriſtiani detrimento & dedecore. Nec melioris eventus fuiſſet octavum obſidium, niſi miles Tuus ex illis, quae ei erant aſſignata, caſtris, tanto impetu urbem impetiiſſet, tantaque conſtantia, licet quotidie plurimi occumberent, a Turcis, cum erumpentibus, tum a foſſis & munimentis maxima vi obſeſſores arcentibus, caeſi, preſſiſſet, & tanta animi praeſentia primus muros, cum invaderentur noviſſime, ſubiiſſet, ut illi in primis expugnationem tam invictae urbis acceptam ferendam eſſe, ipſi Duces, quibus ſummam belli mandaverat, Auguſtus Imperator, litteris publice ſcriptis ſint teſtati, Tibique pro tam fortibus viris, quos reipublicae Chriſtianae ſubſidio miſiſſes, ſummas egerint gratias.

Magna haec ſunt, Sereniſſime Princeps, quae nunc admirantur omnes, quaeque ſeri nepotes admirabuntur, nulla longinquitate temporum obliteranda. Alet ea hominum fama, & ad extremas gentes, & per omnem poſteritatis memoriam diſſeminabit. Sed longe majora ſunt, quae Tibi ipſe per Te ſolus tropaea poſuiſti. In glo-

riae, quam tot rebus ad Viſtulam, Rhenum, Viadrum, Iſtrum, fortiſſime geſtis es adeptus, ſocietatem admittis Duces & milites, quorum uſus es conſilio, manibus, & miniſterio. A conſortio hujus victoriae, qua Te ipſe viciſti, quod genus victoriae eſt difficillimum, excluduntur ceteri omnes mortales. Haec vere Tua victoria eſt, cum hoſtibus, quos aequitate cauſſae viceras, antequam cum iis congredereris, armis quoque victis, & exutis illo Germaniae tractu, quem ad mare Balticum tenebant, animi ſumma moderatione, & inſita ingenii lenitate incredibili, pacem dediſti, provinciaſque quas arma & jus belli Tibi acerbe provocato adjudicarant, Tuaeque poteſtati ſubjecerant, eis reſtituiſti. Nullas pacis conditiones, quamvis parum aequae, nec ex victoris dignitate viderentur eſſe, averſabaris, ut conſtaret omnibus, Te pacis & concordiae Germaniae redintegrandae & firmandae ſtudio, non ambitione, nec cupiditate novarum rerum, aut finium late propagandorum, arma cepiſſe. Haec aequitas mirifica, & altiſſimi animi exaggeratio, Te ad divinitatis quoddam faſtigium evexit, ut Te tanquam caelo demiſſum Principem homines colant, ac venerentur.

Verum ut pax & tranquillitas Tuorum civium, ſic & eorum felicitas Tibi ſemper curae fuit, ut affluant omnibus, quae vel ad uſum, vel ad cultum & elegantiam vitae ſunt neceſſaria. Hinc magnis commodis & immunitatibus non ſolum excitantur incolae, ſed & exteri invitantur ad artificia varia in tuis civitatibus excolenda, & ad mer-

mercaturam locupletandae reipublicae fovendam. Hinc in ultimas insulas, & terras alio sole calentes naves missae negotiandi caussa, coloniaeque sunt ductae. Hinc Suevum & Viadrum, fossa ducta magni operis, duodecim catarectis instructa, quinque decempedas lata, & tria milliaria Germanica longa, maximis impensis junxisti, ingenti negotiantium commodo, & itinerum compendio. Nullius patris familias tanta potest esse diligentia, & sollicitudo in procuranda re familiari, pro suorum tutela, quanta Tua est cura & vigilantia in providendis Tibi subjectorum populorum utilitatibus, & oportunitatibus. Parentis indulgentiam & amorem omnibus praestas. Inde tanta facilitas in omnium desideriis excipiendis, tanta benignitas in necessitatibus sublevandis, tanta severitas in sanctitate tribunalium, & religione judiciorum constituenda, ut omnes aequalitate juris fruantur, boni & bene de rep. meriti ornentur, improbos vero nec potentia, nec largitio, nec gratia legibus eripiat. Omnium vero curarum Tibi antiquissima est cura pietatis & religionis. In hoc omnem cogitationem mentemque fixisti, ut ejus decus illibatum, & omnibus pestilentibus erroribus purgatum floreat. Felicium aras raro fumare tam vere, quam eleganter dixit vetus poeta. Nam rebus laetis & secundis, nimiisque opibus solent homines efferri animis, & humanitatis oblivisci. Tu in tanto rerum humanarum fastigio non modo ipse caste colis religionem, Deumque unicum auctorem omnis Tuae felicitatis & victoria-

rum

rum esse in omni sermone prae Te fers, sed & Tuos cives ad eandem pietatem colendam Tuo inflammas exemplo, & gravissimis verbis incitas. In admirabili illa adlocutione, qua Tuum exercitum in Pannoniam contra sempiternum Christianorum hostem iturum, hortabaris & confirmabas, quae hic apud nos quoque cum maximo applausu fuit audita, quid praecipiebas acrius & studiosius, quam ne in hac expeditione pietatis studium Deique cultum negligerent, cui omnes Tuas victorias Te debere testabaris, utque, si tempus sic ferat, mortem fortiter oppetant pro Christo Sospitatore, qui salutem nostram sanguine suo, & vitam immortalem morte nobis, eaque indignissima, pepererit. Tantum ardorem in animis tam Ducum, quam militum, haec Tua oratio, tantam in Deum Christianamque rempublicam pietatem spirans excitavit, ut alacrius ad bellum, quam ad festum diem proficiscerentur, tantaque virtute dimicarint, ut maxima pars vitam profuderit, superstites autem, non tam suae fortitudini, quam illis facibus, quas eis subjeceras, victoriam adscribant. Quam vero hoc luculentum & illustre pietatis Tuae documentum est, quod omnes exteros cujuscunque gentis, qui propter religionem solum vertunt, & ad Te tanquam aram & arcem confugiunt, recipis fovendos, & alendos, quorum quater mille familiae in Tuis terris sedes invenerunt quietas.

In alias artes ingenuas & doctrinarum studia, quibus homines ad virtutem in reipublicae usum

&

& decus informantur, non minus curae & liberalitatis confers. Quot eruditionis & ſapientiae palaeſtras aut excitaſti, aut magnifico tueris impendio? In Boruſſia Regium montem, ad Viadrum Francofurtum, in Clivis Duisburgum, in qua Tu, Princeps ſapientiſſime, me poene adoleſcentem primus produxiſti in hoc famae theatrum. In tanto numero novam doctrinae liberalioris officinam Te moliri in Magdeburgenſi dioeceſi, nuperius cum in Clivis ad Tuum conſpectum admitterer benigniſſime, ex Tuis ſermonibus, quos in tanta rerum mole, de amplificanda eruditionis dignitate mecum habere dignabaris, mihi datum fuit intelligere. Illi nunquam effluent ex animo meo, nec ille dies mihi longe honeſtiſſimus, quo tantum Principem videre audireque mihi licuit.

Praeter iſtam, quam Athenaeis tuendis impendis, quid non pecuniae conſumis in Hebraeorum, Graecorum, Romanorum numiſmatibus, gemmis elegantia & eruditione, quam prae ſe fert erudita manus, conſpicuis, & ſupellectile priſci temporis aggeranda, quae ſemper deliciae fuerunt heroicarum mentium. Auguſtus ſane ſua praetoria rebus vetuſtate & raritate notabilibus ornabat, ſollemnibus vero diebus donabat amicis nummos omnis notae, veteres etiam, & regios ac peregrinos. Quid dicam de ſumtibus, quos facis in Bibliotheca locupletanda, quam in Principali Palatio dedicaſti, quamvis jam tanta librorum exquiſitorum copia circumfluat, ut nulli fere ſit ſecunda, ſed Attalicorum & Alexandri-

no-

norum Regum memoratis bibliothecis palmam reddat ambiguam. Ei cuſtodiendae & excolendae novam cum maxime porticum ſpatioſiſſimam juſſiſti condi, ut ſplendidius quaſi hoſpitentur illa omnium ſeculorum illuſtria ingenia, qui quibuſcunque litterarum monumentis ulli ſapientiae parti utilem navarunt operam. In iſtud eruditorum hominum prytaneum ſi collocare quoque dignaberis recentem hanc Luciani editionem, non poterit non id magno ei eſſe honori Nam praerogativa Tui tanti Principis judicii non modo commendabit eam omnibus bellarum rerum ſtudioſis, ſed & aeternitatem promittit. Eſt vero ſcriptor hic digniſſimus, qui curioſorum in manibus verſetur propter ingenii feſtivitatem incredibilem, mirificam elegantiam, & variae doctrinae, multarumque utilium & ſcitu dignarum rerum, quae fruſtra quaeruntur alibi, copiam. Gentilium ſtultitiam & anilem ſuperſtitionem, in illorum ſacris & cultu Deorum exagitat lepidiſſime. Non nunquam quidem nec Chriſtianis, aeque ut Tacitus ac Suetonius, parcit paganus, ſed vel ſic quoque nobis plus profuit, quam nocuit. Primum ex illo licet videre, quam futilia ſint, quae in Chriſtianis irridet. Dein argumento & teſtimonio luculentiſſimo vel invitus confirmat noſtrae doctrinae vim & ſanctitatem in praeclaro illo dialogo, cui pſeudomanti nomen. Non extat inſignior in omni antiquitate diſputatio, qua praeſtigiae & artes aeruſcatorum, qui fictorum oraculorum auctores fuerunt, & reſponſa divina mentiebantur, clarius oſtenduntur. Ait

ſa-

famoſiſſimum illum Alexandrum Abonotichitam, qui opinione renati Aeſculapii, futurorum praeſenſione juxtaque ſalutarium remediorum, quam jactabat, ſcientia inclyti, quem forma draconis humana facie, ſimulata fraude mirifica, oſtentabat, Aſiae & Europae diu illuſiſſe. Etiam hoc tempore foediſſimae illius, & omnem fidem excedentis credulitatis monumenta ſuperſunt in Abonitichitarum nummis, in quibus ille draco, hominis os ferens, conſpicitur. Adjicit Lucianus, hunc impoſtorem a ſuis ſacris & initiis, quae inſtituerat, omnes arcuiſſe Chriſtianos, & per praeconem edixiſſe: *Procul hinc Chriſtiani.* Norat impuriſſimus nebulo, Chriſtianos decipi non facile poſſe. Illos, mente ab oculis ſevocata, brevi latebras fallaciarum, quibus homines faſcinabant, perſcrutaturos, omnique mimo ſceleratiſſimi latrocinii perſonam detracturos fuiſſe. Vnde vero haec perſpicacitas hominibus rudibus, nec verſatis in perveſtigandis abditarum rerum cauſſis, quam ſibi vindicabant, qui Philoſophis dederant operam? unde robur illud animi, contra tantam ſuperſtitionis vim, quae omnium mentes tanquam magicis carminibus defixerat, quam a religionis Chriſtianae virtute & efficacitate, quae & oculos aperit ad fraudes nequiſſimorum hominum proſpiciendas, & animum firmat adverſus ſuperſtitionem, quae imbecilliores occupat facillime? Denique ſic cenſeo, ſi diligenter legatur Lucianus ab hominibus ſanis, qui noxia, quae non nunquam adſperguntur, poſſunt dignoſcere & ſeponere, vix ſcriptorem utilio-

liorem reperiri ad vitam corrigendam, eamque inanibus terroribus liberandam, nec non ad alte insitas & inveteratas opiniones pravas, quas cum lacte materno nostro aliorumque malo, imbibimus, a pulmone revellendas. Hunc tibi offero, sereniſſime Princeps. Si eum exceperis fronte Tua, hoc est serena, magnum operae, quam ei impendi, pretium me consecutum esse putabo. Deus Te, optime Princeps, contra ingravescentis aetatis incommoda diutissime servet salvum & sospitem, bono sacri Imperii Romani, cujus columen es, omniumque bonorum, in quibus ego numerari volo, qui praesidium in Te sibi certum constitutum esse decrerunt, & pro Tua Tuaeque florentissimae Domus incolumitate quotidie vota nuncupant. Trajecti ad Rhenum Nonis Novembribus M. IↃC. LXXXVI.

IOAN-

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS

LECTORI

S. P. D.

Vides hic recentem editionem Luciani, quam adornarunt Amſterodamenſes bibliopolae, hoc nomine ſane ceteris meliorem, quod in illam contulerint Bourdelotii, Palmerii, Tanaquilli Fabri, aliorumque politiorum hominum notas: quibus etiam acceſſerunt novae curae nunquam antehac publicatae virorum Clariſſimorum, Menagii, Guieti, Boivinii, quas mihi miſit Menagius, Iacobi I. F. F. Gronovii, nec nullae meae. Excerpturus plures eram, ſi per temporis anguſtias, & occupationes alias potuiſſem huic negotio maturius & diutius vacare. Vſus ſum editione Florentina anni milleſimi quadringenteſimi nonageſimi ſexti, quam Vir doctus cum optimo codice manu exarato contulerat. Eam primam omnium eſſe perſuaſum habeo. Vſus etiam ſum Aldina anni milleſimi quingenteſimi tertii, nec non duabus Baſileenſibus, altera Graeca anni milleſimi quingenteſimi quinquageſimi quinti, alteri adjecta eſt verſio Latina, quae notiſſima eſt, ut & Salmurienſis Benedicti. Bourdelotianam mihi conſulere nunc non licuit, quamvis olim adoleſcens eam evolverim. Secuti ſunt typographi tam in Graecis, quam Latinis exprimendis, editionem Benedicti, qui vetuſtiorum interpretum verſiones interpolavit. Si quis poſt haec novam Luciani editionem moliri velit, ei ſim auctor, ut novam interpretationem Latinam concinnet, dignam tam culto ſcriptore. Nam ſatis magnus campus patet Graeca docto induſtriam ſuam exercendi. Cum jam omnia typis eſſent deſcripta, miſſus fuit typographis ex Anglia Scholiaſtes Graecus ineditus, quem cum illis communicavit, cum id ab eo petiiſſent, Vir Illuſtris Iſaacus Voſſius. Is enim ex ſuo codice juſſit eum deſcribi, & Amſterodamum perferri. Typographi calci Luciani haec Scholia ſubnecti juſſerunt. Si quid in illis deſiderabis, curis poſterioribus ſperant id emendatum iri. Nunc feſtinantibus multas ob cauſſas ignoſce, & vale.

**

IOHAN-

IOHANNIS BENEDICTI,

De hac sua Græci Contextus, & Latinæ versionis Luciani recognitione, ad candidum & φιλέλληνα Lectorem

PRAEFATIO.

Mirum tibi videri possit, Amice Lector, me post viginti celebria Doctorum virorum nomina, recognoscendis Luciani scriptis, & retextendæ maxima ex parte illorum in Latinam phrasim translationi manum admovisse: cùm verisimile sit eos viros, sui temporis lumina, Græcam linguam ita calluisse, ut probè intellectum authorem è Græcia in Latium pede nunquam cæspitante, animo nunquam dormitante transtulerint: me verò, jam primum hoc eruditionis specimine innotescentem, nihil melius præstare potuisse, quàm excellentes illi interpretes præstiterint: adeò ut huic cœpto plus audaciæ sit tribuendum, quàm veræ laudis rependendum. Ego sanè ingenuè agnosco cùm eruditionis meæ mediocritatem, tum egregiam virorum illorum præstantiam, quam neque suspicere, neque laudare satis possum: imò cui plurimum deberi syncerè confiteor. Sed, veluti non rarò accidit, ut etiam indoctiores doctiorum inventis non contemnenda superstruant & addant: ita & mihi contigisse, ni fallor, judicabis, ut via, editæ antehac metaphraseos beneficio, reserata, pleriſque in locis scopum authoris clariùs & meliùs attingam. Occasionem exhauriendi laboris istius obtulêre mihi selectiores & graviores quidam authoris hujus Dialogi, quos dum utile dulci permixturus, publicè legebam, & singulas sententias ac voces diligenter expendebam, plerunque non placebat vetus interpretatio, quandoque etiam mendosa videbatur lectio, unde fiebat ut non plenè, planéque satis locorum nonnullorum sensus caperetur. Idcirco Græcum contextum, vel ex collatione variorum

riorum & antiquorum codicum, vel ex proprio judicio emendabam: & ſicubi mentem authoris meliùs reddere poteram, id ſobriè quidem, & moderatè faciebam. Poſt ea mihi ſuccurrit, ſiquidem diverſi diverſorum Dialogorum & Tractatuum erant interpretes, ſingulorum partem ſaltem aliquam attentè examinare: quò perſpicerem an Græca Latinis apprimè reſponderent. Hinc variorum interpretum varia ingenia, & quàm alius alio fœlicior eſſet metaphraſtes, intellexi. Vtque quod ſentio, ingenuè pro innato mihi animi candore dicam: comperi Thomam Morum tam fœliciter officio metaphraſtæ functum, ſententias ſingulas ad verbum ſervata latinitate pura reddendo, ut vix aliquid nactus ſim, quod meliùs redderem: imò potiùs ipſum hac in mea recognitione imitari voluerim. Ad hanc laudem proximè accedit Eraſmus Roterodamus: in quo quanquam plura quàm in illo immutanda judicavi, pauca quidem illa ſunt, ſi cum reliquis compares. Tertius eſt Iocobus Micyllus, Eraſmo ferè æquiparandus hoc in negotio. Reliqui interpretes inter ſe ferme pares, tribus illis, me judice, multum cedunt. At omnium infœliciſſimus mihi viſus eſt Vincentius Obſopœus: qui non ſolùm ſuperflua verborum luxurie mentem authoris paſſim obſcurat, ſed etiam plerunque vel non capit, vel corrumpit. Atque is eſt qui tertiam ad minimum illius partem Latinè exaravit. Cujus interpretationis, quanquam retineo quicquid poſſum, tam obſcura reliqui veſtigia, ut hæc prorſus mea non immeritò dici poſſit: non ſecus atque [Aſini.] ſive [Lucii] verſio, quæ uſque adeo miſera priùs erat, ut ſuo nomini bene conſuluerit vetus interpres, quum illud reticuit. Cæterùm hoc in cœpto ſum verſatus, non ut laudem magnis illis viris ullo pacto præripiam, præreptam in me transferam, ab iſtiuſmodi veſana φιλοπμία tantum ſum alienus, quantum virtus à vitio, jus ab injuria diſtat. Hic animus, hoc conſilium ſolum modo fuit, ut dum otio in aliquo negotio uti licebat, quid eſſet opis meæ (quæ quàm ſit tenuis, agnoſco)

id in rem literariam conferrem. Velim igitur, Amice Lector, conatum hunc meum boni consulas, eóque sic fruaris, ut quod in eo desiderabis, humaniter toleres: &, si saltus asperrimos superasse non videbor, clementer condones. Nolim enim tam bene de me sentire, ut contendam me tibi versionem istiusmodi exhibere, quæ omnis censuræ expers esse possit: quandoquidem ardua res est eadem elegantia, eadémque festivitate authorem hunc de Græca phrasi in Latinam transferre: ita proprius est unicuique linguæ genius, & inexplicabilis venustas. Fortè autem objiciat aliquis me debuisse eos locos notare, quibus in primis emendandis operam impendi. Id utique facere nolui duabus præcipuè de causis. Vna, quoniam commoda forma, in gratiam eorum qui libros hosce secum circunferre volent, editionem faciendam, & voluminum majorem vel molem vel munerum vitandum putavi. Altera, quoniam confido eum qui veterem versionem cum hac recognitione, & priùs excusos Græcè codices cum nostro conferet, nullo negotio vel ex ipsa sermonis serie, & locorum sensu, nostræ mutationis rationem deprehensurum. Quamobrem duxi me satis in præsentia præstiturum, si, quoad fieri posset, purum authorem, & versionem antè vulgata commodiorem & fideliorem, cum Indice rerum opere illo contentarum exhiberem. Nunc supereſſet ut aliqua commendatione Lucianum cohonestarem, nisi sic, actum ab aliis multis, agerem. Et cettè quid opus est ut post illos repetam eum esse Atticæ eloquentiæ exemplar syncerum, summa dicendi festivitate, magna rerum varietate, magna scientia, multáque doctrina clarêre? Hic si res serias tractat, fit gravis: si jococas, festivus: si præcipit, si monet, si mordet, est prudens, est lenis, est asper: si orator causam agit, est facundus, acutus, solidus. Denique adeò fœcundo, flexiliique valet ingenio, ut veluti Proteus omnes formas, veluti Chamæleon omnes orationis colores suscipiat: varióque styli penicillo varia argumenta explanet, dum in gravibus

exur-

exurgit sublimis, in tenuibus incedit humilis, in mediis inter utrumque dicendi genus fertur medius: semper sacrificat perspicuitati: sicubi lubet obscuritatem affectare, dextrè id facit. Ex quibus constat nullum esse authorem, quò commodiùs uti possit, quicunque Græcè discere studebit. Hic, si locos rectè deligas, tyronibus est facilis, provectioribus accommodus, Græca lingua jam plenè imbutis utilis. Hinc florentissimis Europæ gymnasiis commendatissimus, ut ex eo studiosa juventus, tanquam ex fonte, purum Græcismum hauriret: illique aliorum, qui in scholis prælegi solent, authorum fabulis scatentium, amplus & planus esset commentarius: & ex varietate scriptorum πολυτρόπε hominis hujus, apud quem nulla ferè res est, quæ non veniat in sermonem, Græcè loquendi formularum flores decerperet. Quæ cùm citra controversiam ita sint, omne punctum tulit Lucianus, qui utile dulci miscuit: dignus profectò quem omnis φιλόμεσ@ amet, quem alioqui impium vel pius non dedignetur, siquidem puris omnia pura, qui ceu Ponticæ apes, mel dulcissimum ex amarissimo absinthio conficiunt. Age ergo quicunque seria, quicunque jocosa quæris, hîc invenies quod animum tuum quocunque tandem modo affectum refocillet, sivete domi hærentem, sive ruri versantem, sive peregrè euntem, politissimi authoris lectione recreare cupies. Hinc inter agrorum fata læta, rerum omnis generis segetem tibi suppeditabit: in horto florido, rhetoricorum florum varias coronas nectet: in viridi & irriguo prato, perenni eloquentiæ scaturigine, & limpidis facundiæ rivis te recreabit. Denique magno parvo-ve sub lare degentem, moribus tuæ sorti convenientibus, nunc salsa dicacitate vitia mordendo, nunc merita laude virtutem extollendo, nunc recta præcipiendo, te informabit.

ΕΙΣ

ΛΟΥΚΙΑΝΟΝ,

Σὺν σχολίοις Ἑλληνικοῖς καὶ ἄλλοις, ἐν Ἀμστελοδάμῳ ἐκτυπωθέντα.

Πρὸς Φίλον.

Θύσανθ' ἡδυλόγῳ Πειθοῖ Χαρίτεσσί τε πάσαις,
Ἀτθίδ' ἄγλωσσον μήσαρ' ἐυλαλίης·
Ὃς γλυκερᾷ μέλιτ' γλυκίων ῥέῃ, ἔστι δὲ τᾶτο
Πολλάκις καὶ ὄξῃ καὶ αὖλ μιγνύμενον.

Εἰ, φίλε, βύλεαι ἀναγνῶσαι ἠὖ τε γνῶσαι,
Εὐλιβάνᾳ κλεῖτ' κυδάλιμον Συρίης,
Βίβλον τὴν δὲ λάβοις, ἐν ᾗ Πειθώ τε Χάριτες τε
Φαίνεσιν, κ' ἄλλα πρὶν καταπρυπόμενα.

Αὐτὰρ δυσεβίλῳ βλάσφημον πηλόθι φόβοις,
Πηλόθι καὶ φόβοις τ' μεταφερόμενον,
Οὐ κελπὶς δῶκεν γαίῃ, γλυκερόν περ ἐόντα,
Κελπίδα γὰρ πολλῶν, ἃ Χάριν Ἑλλάδι ἔχῃ.

ΜΑΤΘ. ΣΛΑΔΟΣ,
Ἰατρὸς Ἀμστελ.

Index eorum quæ primo Tomo continentur.

De Somnio, seu Vita Luciani. pag. 1
Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis. 13
Nigrinus, seu de moribus Philosophi. 20
Iudicium Vocalium. 44
Timon, sive, Misanthropos. 52
Alcyon, sive de Transformatione. 167
Prometheus, sive Caucasus. 172

Deorum Dialogi.

Promethei, & Iovis. 185
Cupidinis, & Iovis. 186
Iovis, & Mercurii. 188
Iovis, & Ganymedis. 189
Iunonis, & Iovis. 192
Iunonis, & Iovis. 195
Apollinis, & Vulcani. 197
Vulcani, & Iovis. 199
Neptuni, & Mercurii. 201
Mercurii, & Solis. 202
Veneris, & Lunæ. 204
Veneris, & Cupidinis. 205
Iovis, Æsculapii, & Herculis. 207
Mercurii, & Apollinis. 209
Mercurii, & Apollinis. 210
Iunonis, & Latonæ. 211
Apollinis, & Mercurii. 213
Iunonis, & Iovis. 215
Veneris, & Cupidinis. 216
Dearum Iudicium. 218
Martis, & Mercurii. 227
Panos, & Mercurii. 228
Apollinis, & Bacchi. 231
Mercurii, & Maiæ. 232
Iovis, & Solis. 234
Apollinis, & Mercurii. 236

Dialogi Marini.

Dorides, & Galateæ. 238
Cyclopis, & Neptuni. 241
Alphei, & Neptuni. 243
Menelai, & Proteï. 244
Panopes, & Galenes. 245
Tritonis, Amymones, & Neptuni. 248
Noti, & Zephyri. 248
Neptuni, & Delphinum. 250
Neptuni, & Nereïdum. 251
Iridis, & Neptuni. 252
Xanthi, & Maris. 253
Doridis, & Thetidis. 254
Neptuni, & Enipeï. 256
Tritonis, & Nereïdum. 257
Zephyri, & Noti. 259

Mortuorum Dialogi.

Diogenis, & Pollucis. 262
Pluto, seu contra Menippum. 265
Menippi, Amphilochi, & Trophonii. 266
Mercurii, & Charontis. 267
Plutonis, & Mercurii. 269
Terpsionis, & Plutonis. 270

Ze-

Zenophantæ, & Callidemidæ. 2 3
Cnemonis, & Damnippi. 274
Simyli, & Polystrati. 275
Charontis, & Mercurii. 277
Cratetis, & Diogenis. 283
Alexandri, Annibalis, Scipionis, & Minois. 285
Diogenis, & Alexandri. 290
Alexandri, & Philippi. 293
Achillis, & Antilochi. 296
Diogenis, & Herculis. 298
Menippi, & Tantali. 300
Menippi, & Mercurii. 301
Æaci, Protesilai, Menelai, & Paridis, 302
Menippi, & Æaci. 304
Menippi, & Cerberi. 307
Charontis, & Menippi. 308
Plutonis, & Protesilai. 309
Diogenis, & Mausoli. 311
Nereï, Thersitæ, & Menippi. 313
Menippi, & Chironis. 314
Diogenis, Antisthenis, & Cratetis. 315
Menippi, & Tiresiæ. 319
Ajacis, & Agamemnonis. 321
Minois, & Sostrati. 322
Menippus, seu Necyomantia. 324
Charon, seu Contemplantes. 340
De Sacrificiis. 361
Vitarum Auctio. 370
Piscator, sive Reviviscentes. 388
Cataplus, sive Tyrannus. 421
De iis qui mercede conducti in divitum familiis vivunt. 443
Apologia pro iis qui mercede conducti serviunt. 480
Pro eo quòd inter salutandum verbo lapsus fuerat. 494
Hermotimus, sive de Sectis. 503
Herodotus, vel Aëtio. 571
Zeuxis, vel Antiochus. 576
Harmonides. 584
Scytha, seu Hospes. 590
Quomodo historia conscribenda sit. 600
Historiæ Veræ liber primus. 639
Historiæ veræ liber secundus. 666
Tyrannicida. 693
Abdicatus. 707
Phalaris primus. 730
Phalaris secundus. 740
Alexander, seu Pseudomantis. 746
De Saltatione. 783
Lexiphanes. 818
Eunuchus, seu Pamphilus. 840
De Astrologia. 847
Demonactis Vita. 856
Amores. 873

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

LVCIANI SAMOSATENSIS

DIALOGI.

ΕΙΚΟΝΕΣ. | IMAGINES.

ARGVMENTVM.

Hic Lucianus formosæ & pudicæ mulieris absolutissimam imaginem tradit. Quam cùm non ab uno archetypo perficere posset: ab Euphranore comam, à Polygnoto supercilia, ruborem malarum, & amictum, ab Aëtione labia, ab Apelle reliquum corpus mutuatur. Addit quoque ea quæ diversis excellentissima tribuit Homerus, & collationibus exemplorum tum historicorum, tum poëticorum rem illustrat. Interim Pantheam quandam forma & ingenio præstantissimam laudibus extollit.

ΑΤΚΙΝΟΣ. | LVCIANVS.

Ἀλλ' ἦ τοιοῦτόν τι ἄρα ἔπαθον οἱ τὴν Γοργὼ ἰδόντες, οἷον ἐγὼ ἐναγχος ἔπαθον ὦ Πολύστρατε, παυσάμενον πρὸ γυναῖκα ἰδών. αὐτὸ γὰρ τὸ μύθου ἐκεῖνο, μικρῷ δέω λίθος ἐξ ἀνθρώπου σοι γεγενῆσθαι, πεπηγὼς ὑπὸ τοῦ θαύματος. Πο. Ἠ ἐμέλετες. ὑπερφυές τι τὸ θέαμα φῂς, καὶ δεινῶς βλαστὸν, ἅγε καὶ Λυκῖνον ἐξέπληξε γυνή τις οὖσα. σὺ γὰρ ὑπὸ τοῦ μειρακίου

At profecto tale quippiam consPecta Gorgone accidebat spectantibus, quale mihi nuper, Polystrate, visa muliere summè formosa, accidit. Nam quod ea fertur fabula, parum abfuit, quin ex homine saxum factus sim, & spectaculi admiratione diriguerim. *Pol.* Mirum, hercle, admodumque violentum dicis spectaculum, siquidem etiam Lucianum mulier in stuporem induxit. Tu enim adoleScen-

1 Dialogi isti duo, in quibus Pantheam Abradatæ uxorem describit, doctissimi sunt. *Bourdelotius.*

καὶ πάνυ ῥᾳδίως αὐτὸ πάθοις. ὥστε θᾶττον ἄν τις ὅλον Σίπυλον μετακινήσειεν, ἢ σὲ τῶ καλῶ ἀπαγάγοι, μὴ οὐχὶ παρεστάναι αὐτοῖς ἐκχηνότα, καὶ ἐπιδεκρυόντά γε πολλάκις, ὥσπερ ἐκείνῳ αὐτῷ τῷ Ταντάλου. ἀπέρ εἰπέ μοι, τίς ἡ λιθοποιὸς αὕτη Μέδουσα ἡμῖν ἐστι, καὶ ποῖα, ὡς καὶ ἡμεῖς ἴδοιμεν. ἢ γὰρ οἴεσθαι φθονήσειν ἡμῶν τὸ θέας, ἀδὲ ζηλοτυπήσεις, εἰ μέλλοιμεν πλησίον πως σοῦ αὐτῆς ἀθαυμαστὶ σκοπεῖσθαι. Λυ. καὶ μὴν δύσκολος χρή σε, ὡς κἀν ὀλίγου μόνου ἀπίδῃς εἰς αὐτὴν, ἀχανῆ σε, καὶ τῶ ἀδελφιδῶν ἀκινητότερον λιθοφανῆ. κρίνει τοῦτο μὲν ἴσως, ἐρᾳδιουργότερόν ἐστι. καὶ τὸ πρᾶγμα, ἦττον κρίσεως, εἰ αὐτὸς ἴδοις. εἰ δὲ καὶ κείνην προσβλέψεις σε, τίς ἴσχυ μηχανὴ ἀποσπάσαι αὐτῆς ἀπιόντα γάρ σε ἀναδήσεται μᾶλλον ἔνθα ἂν ἴῃς ἡλκη, ὅσῳ ἡ [1] λίθος ἡ ἡρακλεία σιδηρον. Πο. ποῦ ὦ Λυκῖνε, περαίτω τι κρίσεως ἀναπλάττων. ἀλλ' εἰπέ μοι τίς ἡ γυνή ἐστιν. Λυ. οἵα γάρ με ὑπερβαλεῖ τῷ λόγῳ. ὃς δεδιὰ μὴ σοι ἰδοῦσα, ἀδικίας τις ἐπαινέσῃ δέξω. δοκοῦσιν ἄμεινον φανεῖσθαι; πολλῶ, ἀλλὰ ἤ τις μὴν, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. θεραπεία γὰ πολλὴ, καὶ ἄλλη ἐπὶ τούτῳ δοκοῦσα λαμπρὰ, καὶ δύσκολόν τι πλῆθος, καὶ ἄθρουν πάνυ πολλαὶ, ὡς ὅλως, μεῖζόν γε, ἢ κατ' ἰδιωτικὸν τύχοι δεῖσθαι τὸ πρᾶγμα εἶναι. Πο. ἀδὲ τοῦνομα ἐπύθου σύγε, ὅπως καλοῖτο; Λυ. ἀδαμῶς. ἢ τοῦτο μόνον, τὴν Ἰωνίας εἶναι. τῶν θεατῶν γάρ τις ἀπιδὼν εἰς τὸ πλησίον, leſcentum forma fecillimè afficeris: ita ut Sipylum totum loco citius moverit quiſpiam, quam te à formoſis dimoverit, ne hianti ore illis aſtes, & ſæpe illachrymeris, ut illam Tantali filiam Nioben perhibent. At dic mihi quænam eſt ſaxifica illa Meduſa, & cuias? ut & nos illam videamus. Non enim ſpectaculum illud nobis invidebis, neque zelotypia laborabis, ſi futurum eſt ut ea viſa prope te dirigeamus. *Luc.* Atqui probe ſcias oportet, fore ut etiamſi ſolùm e ſpecula illam intuearis, mutum te, & ſtatuis immobiliorem reddat. Et hoc fortè magis ad pacem facit, minuſque lethale erit vulnus ſi conſpicias ipſe. Sed ſi te illa conſpexerit, qua ratione ab illa abſcedes: ſiquidem te vinctum abducet quocunque volet, quemadmodum lapis heracleus ferrum? *Pol.* Deſine Luciane, prodigioſam pulchritudinem effingere: ſed mihi dicito quænam ſit illa mulier. *Luc.* An me rem verbis auxiliſſe putas, qui vereor, ne quum eam videris, ingenii culpa non ſatis laudaſſe videar: tantò apparebit excellentior? Verùm, quænam illa ſit, dicere non poſſim. Magnus circa illam cultus, & ſplendidus apparatus, eunuchorum multitudo, ancillæ permultæ cernebantur, denique omnia videbantur, quam pro vulgari fortuna, ampliora. *Pol.* Ergo ne nomen quidem es ſciſcitatus, quo modo vocaretur. *Luc.* Nequaquam. Hoc ſolum ſcio illam eſſe ex Ionia oriundam. Nam quidam ex ſpectatoribus, proximum in-

[1] Λίθος ἡ Ἡρακλεία] Plin. Ariſtot. Sic apud Piſid. Coſmurg.
Πάντας ὑφέλκων οἷα μαγνῆτις λίθος,
Ἡ μᾶλλον εἰπεῖν Ἡρακλείαν τὴν λίθον,
Φύσιν δ' αὐτὸς ἐλκυστίραν ἴσχ. Bourd.

[1] Vo-

ἐπεὶ παρῆλθε, τοιαῦτα μέντοι ἔφη τὰ σμυρναϊκὰ κάλλη. καὶ ἴσως μὲν οὐδὲν, εἰ ἡ καλλίστη τῶν Ἰωνικῶν πόλεων, τὴν καλλίστην γυναῖκα ἤνεγκεν. ἰδόκει δέ μοι σμυρνεὺς ὢν καὶ αὐτὸς ὁ λίχνος εἶναι. ὅπως ἐσήμαινε δ' ἐπ' αὐτῇ. Πο. σκοπῶν ἐπὶ λίθῳ τῷ τυχόντι γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐποίησας, ὅτι σὺ Δημόκλειτος ἦσθα τὸν σμυρναῖον ἐκεῖνον ἐρέσθαι, ὅστις ἦν, καὶ τὸ εἶδος ὡς οἷόν τε ἐπιδεῖξαι τῷ λόγῳ. πάλαι γὰρ ἂν ὅτου γνωρίσαιμι. Λυ. ὁρᾷς ἠλίκον τοῦτο ἤτησας; ἐκ λόγων δυνάμεν, καὶ μάλιστά γε τῶν ἐμῶν, ἐμφανίσαι ὅτου ἀγαθοῦ ἐστὶν εἰκόνα, ὡσεὶ μάλις ἂν ἡ Ἀπελλῆς, ἢ Ζεῦξις, ἢ Παρράσιος, ἱκανοὶ ἔδοξαν, ἢ εἴ τις Φειδίας, ἢ Ἀλκαμένης. ἐγὼ γὰρ, λυμαινόμενος τῷ δεχόντι ἀσθενείᾳ τῆς τέχνης. Πο. ὅμως ὦ Λυκῖνε, ποῖός τις ἦν τὴν ὄψιν; ἐ γὰρ ἐπισφαλὲς τὸ πάλαι μοι, εἰ φίλῳ ἀνδρὶ ἐπιδείξαις τινὰ εἰκόνα, ὅπως ἂν τὰ γράμματα ἔχοι. Λυ. καὶ μὲν ἀσφαλέστερον αὐτὸς ποιήσειν μοι δοκῶ, τὰ παλαιῶν τινας ἀνεύρων τεχνιτῶν ἀναλίσκειν ἐπὶ τὸ ἔργον, ὡς ἀναπλάσειάν μοι τὴν γυναῖκα. Πο. πῶς τοῦτο φῄς; ἢ πῶς ἂν ἀφίκοιντό σοι ἐκ τοσούτων ἐτῶν ἀναβιώντες; Λυ. ῥᾳδίως, ἦν ἐξ σὺ μὴ ὀκνήσῃς ἀναπείσαι τινὰ μοι. Πο. ἐρώτα μόνον. Λυ. ἐπεδήμησάς ποτε εἰς Πολύστρατον τὴν Κνιδίων; Πο. ἔμοιγε. Λυ. σκοπῶν ἐς τὴν Ἀφροδίτην εἶδες πάντως αὐτῶν; Πο. νὴ Δία τῶν Περιξιτέλους ποιημάτων τὸ κάλλιστον. Λυ. ἀλλὰ ἐς τὸ μῦθον, ὃν λέγουσιν. Πολύστρατε ἐς Κνιδίους ἐπορεύου; Πο. Μάλιστα. Λυ. Τὴν Κνιδίαν ἄρα εἶδες; Πο. Ἔγωγε. Λυ. Τὴν ἐκ τοῦ Περικλείτου; Πο. Ναὶ μὰ Δία τὴν ἐκ τοῦ Περικλείτου. Λυ. Τί οὖν; ἐκ τοῦ ἐπαίνου τῆς τέχνης ἐπὶ τὴν γυναῖκα ἐλθὼν, ἐπεθύμησας αὐτῆς; Πο. Ἔγωγε. Λυ. Καὶ ἐπειρᾶτο τῆς θεοῦ; Πο. Οὐ μὰ Δία, ἀλλ' ἐκείνη ἐπειρᾶτο τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Λυ. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπιθυμεῖς τῆς εἰκόνος, ἐπιδείξω σοι τὴν γυναῖκα, ἐκ τῶν ἐκείνου ἔργων ἀναπλάσας αὐτήν. Πο. Πῶς τοῦτο φῄς; ἢ πῶς ἂν ἀφίκοιντό σοι ἐκ τοσούτων ἐτῶν ἀναβιώντες; Λυ. Ῥᾳδίως, ἦν ἐξ σὺ μὴ ὀκνήσῃς ἀναπείσαι τινὰ μοι. Πο. Ἐρώτα μόνον. Λυ. Ἐπεδήμησάς ποτε εἰς Πολύστρατον τὴν Κνιδίων; Πο. Ἔμοιγε. Λυ. Σκοπῶν ἐς τὴν Ἀφροδίτην εἶδες πάντως αὐτῶν; Πο. Νὴ Δία τῶν Περιξιτέλους ποιημάτων τὸ κάλλιστον. Λυ. Ἀλλὰ ἐς τὸν μῦθον, ὃν λέγουσιν. Πολύστρατε ἐς Κνιδίους ἐπορεύου; Πο. Μάλιστα. Λυ. Τὴν Κνιδίαν ἄρα εἶδες; Πο. Ἔγωγε. Λυ. Τὴν ἐκ τοῦ Περικλείτου; Πο. Ναὶ μὰ Δία τὴν ἐκ τοῦ Περικλείτου. Λυ. Τί οὖν; ἐκ τοῦ ἐπαίνου τῆς τέχνης ἐπὶ τὴν γυναῖκα ἐλθὼν, ἐπεθύμησας αὐτῆς; Πο. Ἔγωγε. Λυ. Καὶ ἐπειρᾶτο τῆς θεοῦ; Πο. Οὐ μὰ Δία, ἀλλ' ἐκείνη ἐπειρᾶτο τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Λυ. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπιθυμεῖς τῆς εἰκόνος, ἐπιδείξω σοι τὴν γυναῖκα, ἐκ τῶν ἐκείνου ἔργων ἀναπλάσας αὐτήν.

intuitus, cùm transfisset, Tales inquit, Smyrneæ sunt pulchritudines. Nec mirum est, si Ionicarum urbium pulcherrima, mulierem tulit pulcherrimam. Qui verò hæc dicebat, mihi videbatur esse Smyrneus, adeò illa gloriabatur. *Pol.* Proinde hoc revera prout lapis feciſti, qui neque illam secutus es, neque Smyrneum illum, quænam esset, interrogasti. Atqui speciem illius, quoad fieri potest, oratione mihi demonstra: sic enim fortè cognovero. *Luc.* Vides quantam rem à me exigas? Nulla oratione, præcipuè verò mea, tam admirabilis imago declarari possit, ad quam delineandam vix Apelles, vel Zeuxis, vel Parrhasius viderentur idonei: aut siquis Phidias, aut Alcamenes. Ego verò archetypum artis imbecillitate labefactarem. *Pol.* Attamen Luciane, quali erat vultu? Neque enim periculosa fuerit audacia, si familiari tuo hujus imaginis lineamenta demonstraveris. *Luc.* At me hoc tutiùs facturum puto, siquos priscorum artificum ad hoc opus ascivero, ut mihi mulierem hanc efforment. *Pol.* Quomodo hoc dicis? aut qui tot antè annis vita functi veniant ad te? *Luc.* Facilè, dummodo te non pigeat ad interrogata respondere. *Pol.* Interroges licet. *Luc.* Nunquam-ne. Polystrate ad Cnidios es profectus? *Pol.* Maximè. *Luc.* Nunquid [1] Venerem illorum prorsùs vidisti? *Pol.* Pulcherrimum per Iovem Praxitelis operum. *Luc.* Nunquid & quod de ipsa dicunt indigenæ,

1 *Venerem*] Venerem Gnidiam marmoream, Euploiam à Gnidiis nuncupatam, quam Praxiteles fecit, magni æstimat Lucianus in Amorib. Nec me fugit id Sami contigisse, ab Athenæo id esse proditum, qui volumine 13. Gnidiæ Veneris simulacro effingendo Phrynes amicæ corporis venustatem quasi exemplar imitatum esse Praxitelem contexuit. *Cogn.*

γοισιν ἤκουσας οἱ ἐπιχώριοι τῶν ἐκεῖ αὐτῆς, ὡς ἐρασθείη τις ὁ ἀγάλματος; καὶ λαθὼν ὑπολειφθείς σὺ ἱερὸν, συγγενοίο ὡς δυναθὸν ἀγάλματι. τοῦθ μὲν σοι ἄλλως ἱστορείσθω. σὺ δ, πότερον γὰρ ὡς φῄς εἶδες, ἢ ὄντως, καὶ τὸν δι' ἀκριβείας, οἱ ἐν τῷ κήπους Ἀθήνησι, τὸν Ἀλκαμένους ἑώρακας. Πο. ἢ πάντων γ' ἂν ὦ Λυκῖνε ἐγὼ μάτην ἦν, εἰ τὸ κάλλιστον τ' Ἀλκαμένους παρεῖδον. Λυ. σκέπτου μὲν γὰρ Πολύστρατε, σὲ ἐξερήσομαί σε, εἰ πολλάκις εἰς τὸν κηπόπολιν ἀνελθὼν, καὶ τὴν Καλαμίδος Σωσάνδραν πρίασαι. Πο. εἶδον κἀκεῖνὸν πολλάκις. Λυ. ἀλλὰ καὶ τοῦτο μὲν, ἱκανῶς. τὸ δὲ Φειδίου ἔργον, τί μάλιστα ἐπῄνεσας; Πο. τί δ' ἄλλο, ἢ τὴν λημνίαν, ἣ δ' ἐπιχειράφαν τὸνομα ὁ Φειδίας ἠίσατο; καὶ τὴ Δία τὴν ἀμαζόνα, τὴν ἐπερειδομένην τῷ δορατίῳ. Λυ. τὸ κάλλιστον ὦ ἑταῖρε. ὥστε οὐκέτ' ἄλλων τεχνιτῶν δεήσει. φέρε δὴ ἐξ ἁπάντων ἤδη τούτων, ὡς οἷον τε συνθεμόσας, μίαν σοι εἰκόνα ἐπιδείξω, τὸ ἐξαίρετον παρ' ἑκάστης ἔχουσαν. Πο. καὶ πῶς ἂν τοῦτον τὸν τρόπον γένοιτο; Λυ. ὁ καλὸς οὐ Πολύστρατε, εἰ τὰ ποτοῦδε ὁμολογήσεις τὰς εἰκόνας τοῦ λόγου, ἐπιτρέψαμέν αὐτῷ μιζαγωγεῖν, καὶ συνθέτειν, καὶ ἁρμόζειν, ὡς ἂν εὐρυθμότατα δύναιτο, φυλάττων ἅμα τὸ συμμιγὲς ἐκεῖνο, καὶ ποικίλον. Πο. εὖ λέγεις. καὶ δὴ ὁμολογήσω. Λυ. ἄγε δὴ τὸν Ἑλένης ἔρωτα ἐκ τῶν παρόντων ἐπιδείκνυε. ἐκεῖνο γὰρ ἐν τῷ παρόντι ἐπιτήδειον. Πο. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκ τῶν παρόντων ἀδύνατον. Λυ. τί δὲ τὸν Ἀχιλλέως; Πο. οὐδὲ τοῦτον. Λυ. ἀλλὰ τὸν Ἀνδρομάχης; Πο. οὐδὲ τοῦτον. Λυ. τί δὲ τὸν Ἑκάβης; Πο. οὐδὲ τοῦτον. Λυ. ἀλλὰ

λαβὼν, δεικνύτω. ἐθέλω γὰρ εἰδέναι ἔ, τι ἐς χρήσεται αὐτοῖς, ἢ ὅπως οὐ τοιοῦτον μίαν τινὰ συνθεὶς, οὐκ ἀπᾴδοντα ἀπεργάσεται. Λυ. καὶ μὴν ἥδη σοι ὁρᾶν παρέχω μιγνυμένην τῇ εἰκόνι, ἅδε συναρμόζουσαν τὴν Κνιδίαν ἡκούσης μόνον τῆς κεφαλῆς λαβεῖν, ἐδὲν γὰρ ἔτ ἄλλο σύμμετρον γενέσθαι δόξεται, τὸ μὴν ἀμφὶ τὴν κόμην, καὶ μέτωπον, ὀφρύων τε τὸ εὔχαριτον, ἐάσεις ἔχειν, ὥσπερ ὁ Πραξιτέλης ἐποίησε. καὶ τὰ ὀφθαλμῶν ἦ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ, καὶ κεχαρασμένον, καὶ τῦτο διαφυλάξει καὶ τὸ Πραξιτέλη δικαιῶ. τὰ μῆλα ἦ, καὶ ὅσα τῆς ὄψεως ἀντωπά, παρ' Ἀλκαμένους, καὶ τὰ σὺ κήπους λήψεται. καὶ αὖ γε, χειρῶν ἄκρα, καὶ κορυφὰς τὸ εὔρυθμον, καὶ δακτύλων τὸ εὐάγωγον, ἐς λεπτὸν ἀπολῆγον, ὥσθ' ἃ σὺ κήπους ἐ πῶς. τὴν ἦ δὲ ἄνωθεν ἀφανῆ ἐ θέμις ἀφεῖναι, καὶ παρειῶν τὸ ἁπαλὸν, καὶ ῥῖνα σύμμετρον, ἠλημένα παρίξει, καὶ Φειδίας ἔλε. καὶ στόμα ἁρμόσει ὁ αὐτὸς, καὶ τὰ αὖ χείλεα ὥσθ' ἃ ἁμαζόνι λαβεῖν. ἡ Σωσάνδρα ἦ, καὶ ὁ Κάλαμις, αἰδῶ ἡσυχήσουσιν αὐτῷ. καὶ τὸ μειδίαμα, [1] λεπτὸν, καὶ λελῃθὸς, ὥστε τὸ ὀπαίνης ἔχει, καὶ τὸ εὐσταλὲς ἦ, καὶ κόσμιον ἃ ἀναβολῆς, ὥσθ' [2] Σωσάνδρας. πλὴν ὅτι αἰσχύνεται αὐτὴ ἔχειν τῇ κεφαλήν. τὰ ἡλικίας ἦ τὸ μέτρον, ἡλίκην ἂν γνοίη τις, καὶ τῇ τῆς Κνίδου ὁμοίην μάλιστα. καὶ γὰρ καὶ τῦτο καὶ ἃ Πραξιτέλη μεμετρήκασι. τί σοι δ' ὦ Πολύστρατε [3] δοκεῖ, πῶς ἄν σοι ἡ εἰκὼν, καὶ μάλιστα ἐπιδεῖν ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀποτελεσθῇ; Πο. ἔτι γὰρ ἂν γένοιτο

sumptis illis demonstret. Velim enim scire quid hisce sit factura, aut quomodo ex iis unam non dissonantem absolutura. *Luc.* Atqui videndam tibi jam præbet hanc imaginem, ita componens. Veneris è Cnido adductæ si tantùm caput sumpserit (non enim reliquo corpore nudo opus habebit) quoad comam & frontem, scitèque ducta superciliorum lineamenta, ea se habere fines, ut à Praxitele facta sunt. Quinetiam oculorum mobilitatem, cum hilaritate, & gratia conjunctam, prout visum est Praxiteli retincbit. Genas autem, & quæcunque priores sunt vultus partes, ab Alcamenis hortensi venere mutuabitur: præterea manus extremas, concinnos carpos, ductiles digitos, in tenue desinentes, ab eadem. Totius verò faciei ambitum, & genarum mollitiem, & nasi justam magnitudinem præbebit Lemnia, & Phidias. Idem quoque dabit oris commissuram, & cervicem ab Amazone desumptam. Sosandra verò & Calamis eam verecundia ornabunt. Risus tenuis latitansque erit, ut illius. Vestitus expeditus, & mundus à Sosandra petetur: nisi quòd aperto erit capite. Ætatis verò modum ab illa Cnidia potissimùm metiatur: prout à Praxitele est expressus. Quid tibi videtur Polystrate, num pulchra futura est hæc imago, ac in primis quum accuratissimè absoluta fuerit? *Pol.* Adhuc ô generosissime ali-

1 Λεπτὸν καὶ λελανθὸς] Angl. στομίον καὶ λελ. Bourd.
2 Σωσάνδρας] Florent. Δωσάνδρας. Idem.
3 Δοκεῖ] Post hanc vocem in Anglicano Cod. σωλὸ. Idem.

ζατο, καὶ χαλίσει πάντα πρὸς τὸ ἄγαλμα; ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἐς τὸ αὐτὸ συμπιφορηκώς; Luc. τοῦτο μικροῦ δεῖν ὦ φίλτατε, εἰ μή σοι δόξει ὀλίγα ταῦτα διαφορᾶς συμπλεῖν, χρῆναι τὸ ἰκρίον πηχῶν. ὡς μέλανα μὲν εἶναι ἀκριβῶς, ὁπόσα μέλανα. λευκὰ δέ, ὅσα τοιαῦτα χρή. καὶ τὸ ἱμάτιον ἐπανθεῖν. καὶ πολλοὺς τοιούτους ἔτι μιζόνων ἡμῖν ἐπορισθῆναι. πόθεν οὖν ἐκ τούτων παρασκευασόμεθα, ἢ ἀπαγαλιούμεθα δηλαδὴ τὰς χαρίτας, καὶ μᾶλιστα ὁπόσοι αὐτῶν ἄριστοι ἐγένοντο, καὶ ζωγραφοῦσι καὶ χρώμασι, καὶ σκιαγραφίαις καὶ τοῖς ἐπιπολαίοις αὐτῶν; καὶ δὴ Ἀπελλῆν μὲν Πολύγνωτον, καὶ Εὐφράνορα εἶναι, καὶ Ἀπελλῆν, καὶ Ἀέτιον. ἔστι δὲ διελόμενοι τὸ ἔργον, ὁ μὲν Εὐφράνωρ, χρωσάτω τῷ κήρῳ, οἷαν ἡ Ἥρας ἴλεψεν. ὁ Πολύγνωτος δὲ ὀφρύων τὸ ἐπισχές, καὶ παρειῶν τὸ στερρόν, οἷαν τὴν Κασσάνδραν ἐν τῇ λέσχῃ ἐποίησε τοῖς Δελφοῖς. καὶ εὐθὺς ὁ αὐτὸς ποιησάτω, ἐς τὸ λεπτότατον ἐξεργασμένην, ὡς σωσιπάτραν μὲν ὅσα χρή, διαιμωμένην δὲ καὶ πολλά. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα, ὁ Ἀπελλῆς δειξάτω, καὶ τὴν Πακάτην, μᾶλιστα μὴ ἄγαν λευκὴν, ἀλλὰ ὑπαιμον ὀλίγον. τὰ χείλη δέ, οἷα Ῥωξάνης, ὁ Ἀέτιον ποιησάτω. μᾶλλον δέ, τὰ ἄριστα τὰ χαρίεντα ὅμηρον, παρόντος Εὐφράνορος, καὶ Ἀπελλοῦ, δοκίμου. οἷον γάρ τι τοῖς Μενελάου μηροῖς τὸ χρῶμα ἐκεῖνο ἐπέβαλλεν, ἐλέφαντι εἰκάζω ἡρέμα πεφοινιγμένῳ, τοιοῦτόν τι καὶ τὸ πᾶν. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος, καὶ τὰς ὀφθαλμὰς χαράξατω, βοώπιν ποιήσας αὐτήν. σωσιπάτρᾳ δὲ ἔργον αὐτῷ ἐστὶ ζηλωτὸν ποιητῆς, ὡς τὸ βλέφαρον ἐξεργάσασθαι. καὶ φιλομειδῆ ὅμηρον ποιήσει, καὶ λευκώλενον, καὶ ῥοδοδάκτυλον. καὶ ὅλως, ἐκ τοῦ ἐπιπολαίου ἐκ τοῦ βάθους ἐκ τοῦ ἐπιπολαίου ἐκ τοῦ βάθους

aliquam formam omisisti extra statuam, quum sic omnia in unum contulisti. *Luc.* Hoc minimum est, amice, nisi pauca tibi videbuntur ad formæ decus conferre, videlicet color, & cujusque partis decorum: ut nigra sint exquisitè, quæ nigra: alba, quæ hujusmodi esse oportet: atque rubor efflorescat. Ac jam de his periclitamur, quum adhuc quod maximum est, desideramus. Vnde igitur nobis hæc parabimus? an accersemus videlicet pictores, in primis verò eos qui fuerunt præstantissimi miscendis, & accommodandis coloribus? Accersatur fanè Polygnotus, & Euphranor ille, & Apelles, & Aëtion, qui diviso opere, pingant. Euphranor colorem comæ illinat qualem Iunonis. Polygnotus superciliorum decus, genarum ruborem inducat, qualem Delphis in cœnaculo Cassandram fecit. Idem quoque vestem referat tenuissimè elaboratam, ut quæ par est succingantur, multa verò ventis diffundantur. Porrò corpus reliquum exprimat Apelles secundum suam Pacaten, ne nimium albedinis habeat, sed modicè rubescat. Labia faciat, qualia Roxanes Aëtion. Quin potiùs præstantissimum pictorum Homerum, præsente Euphranore, & Apelle suscipimus. Nam cujusmodi colorem Menelai femoribus illevit, assimilatis ebori leniter purpura intincto: ejusmodi sit totum corpus. Hic ipse oculos pingat, amplitudine decoros. Partem operis suscipiat Thebanus ille poëta, ut palpebram elaboret. Illam verò faciat Homerus risus amantem, candidis lacertis, & roseis digitis decoram. Denique multò

τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσῃ πολὺ δικαιότερον, ἢ τὴν Βρισέως. ταῦτα μὲν οὖν πλάσαι, καὶ γράψαι, καὶ ποιῆσαι παῖδες ἐργάσονται. ὧ γε πᾶσιν ἐπαρκεῖ, τούτοις ἡ χάρις, μᾶλλον δὲ ἅπασιν ἅμα, ὁπόσαι χάριτες, καὶ ὁπόσοι ἔρωτες ἀφροδίσιοι, εἴ τις ἂν μιμήσασθαι δύναιτο; Πο. Θαυμάσιόν τι χρῆμα ὦ Λυκῖνε φῂς, καὶ διὰπυρὸς ὡς ἀληθῶς, οἷον τὸ ἐξ ὑφαιστείου ῥηθείη. τί δὲ περάσαντα εἶδες αὐτήν; Λυ. βιβλίον ἐν ταῖν χροῖν εἶχεν, εἰς δύο σωτελημμένον. ἐφάνη τὸ μὲν τι, ἀναγινώσκειν αὐτῇ. τὸ δὲ, ἤδη αἰσγυνομένη. μεταξὺ δὲ προϊοῦσα, διελίττετο τὸ παρομοῦν τοῖν τινε ἐν οἷσι ὄ, τι δὲ γλὸς ἐπήκουεν ἐφθέγγετο. πολὺ μειδιάσεσθαί γε ὦ Πολύστρατε, ὀδόντας ἐξέφηνε, πῶς ἂν εἴποιμί σοι, ὅπως μή, λάμυξις. ὅπως δὲ, συμμίτους, καὶ ὡς ἀλλήλας συνηρμοσμένους, εἴ τις καλλιγραφος ὅρμον εἶδες ἐν τῷ πλουσίων, καὶ ἐσμιγμένων μαργαριτῶν, ὅπως ἐπὶ τίχα ἐπεφύκεσαν. κἀκοσμοῦντο δὲ μάλιστα τῷ τῆς χειλέων ἐρυθήματι. ὑπεφαίνοντο γοῦν αὐτῷ δὴ τῷ τῆς Ὁμήρου ἐλέφαντι τὴν ὄψιν, ὅμοιοι. οὐκ οἶμαι, πλατύτεροι αὐτῶν, οἶδε, ἐστόμωντο, ἢ διεῤῥηγότες, οἷοι ταῖς πλείοσιν, ἀλλά τις πάντων ἰσοτιμία, καὶ ὁμοχροια, ἐμίγνυτο δὲ, καὶ ὑπερεχεῖς ὁμοίως. καὶ ὅλως, μέγα τι θαῦμα, καὶ δέημα, πᾶσιν τοῖν ἀνθρωπίνοις δύμορφίαν ὑπερπεπαικός. Πο. ἔχ' ἀτρέμας. συνίημι γὰρ ἤδη σαφῶς πάνυ οὗ τινα ἐν λέγεις τὴν γυναῖκα, τούτοις τε αὐτοῖς γνωρίσας, καὶ τῇ πατρίδι. καὶ δύσχρις δέ τινας ἔφασκε αὐτὴ ἔφης, νὴ Δία ἐν ῥαθύμοις τισίν. τὴν βασιλέα συνέσεσθαι ἢ μαγείρει, τὸν ἀοίδιμον τουτονὶ λέγεις. Λυ. τί δ' ἐστιν. αὐ-

multò justiùs illam cum aurea Venere comparabit, quàm Brisei filiam. Hæc igitur fictores, pictores, & poëtæ elaborabunt. Quod autem in omnibus nitet, quibus hoc est Gratia, imò potiùs omnes simul, quotquot Gratiæ, quotquot Cupidines circumducunt, quis imitari possit? *Pol.* Divinum quoddam dicis opus Luciane, & revera cœlitus delapsum, quale apud superos extat. Quid autem vidisti eam facientem? *Luc.* Librum habebat præ manibus, in duas partes complicatum, quarum alteram legere, alteram legisse jam videbatur. Inter progrediendum autem nescio qua de re cum quodam ex comitantibus differebat: non enim tam clara voce loquebatur, ut exaudiri posset. At ridendo, Polystrate, dentes ostendebat, Dii boni, quàm albos, quàm justæ magnitudinis, & inter se coaptatos. Sicubi monile pulcherrimum vidisti ex nitidissimis, & magnitudine paribus margaritis compositum, adeò concinna serie erant nati. Plurimum verò decoris ex rubore labiorum illis accedebat. Itaque serrato illi Homerico ebori similes apparebant. Neque ex illis alii latiores erant, alii eminentiores, alii distantiores, quales plerisque sunt: sed erat una omnibus æqualitas, idem color, eadem magnitudo, similis continuitas. Denique magnam hoc spectaculum pariebat admirationem, quòd omnem humanam speciem superaret. *Pol.* Quiesce. Iam enim planè intelligo quam mulierem dicas, cùm eam ab his, & à patria cognoscendam præbueris: quódque eunuchos, ac per Iovem milites aliquos eam comitari dixeris. Regis uxorem, ô beate, celebrem illam dicis. *Luc.* Quodnam illi est

τῇ τῦτομῳ; Πο. πάνυ ἓ τῦτο γλαφυρὸν ὦ Λυκῖνε, καὶ ἱπέρκαλον. ὁμώνυμος γάρ ἐςι τῇ Ἀβραδάτᾳ ἐκείνῃ καλῇ. οἶδα πολλάκις ἀκήκοας Ξενοφῶν ἐπαινοῦν τινα σύζυγα, καὶ καλὴν γυναῖκα; Λυ. νὴ Δία ἓ ὥσπερ νῦν ὁρῶν αὐτὴν ἔτω λέγοντα ἐμαυτῷ, ὁπότε καὶ ἐκεῖνό πω ἀναμιμνώσκομαι ἡδέως. καὶ μὴν ἐκ ἀκήκοα λέγοντος αὐτῦ, ἃ πεπίστευκα λέγοντα, καὶ ὡς ὥπλιζε τὸν ἄνδρα, καὶ οἵα ἐκ ἂν ἀπέμπουσα αὐτὸν ἐπὶ τὴν μάχην. Πο. ἀλλ' ὦ ἄριστε, σὺ μὲν ὥσπερ τινὰ ἀστραπὴν παροφθέντα ἅπαξ εἶδες αὐτὴν, καὶ ἴσως τὰ σκέρμα ταῦτα, λέγω δὲ τὸ σῶμα, καὶ τὴν μορφὴν ἐπῄνεσεν. τὸ δὲ τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν, ἀληθῶς ἓ. οὐδὲ οἶδα ὅσον τὸ κάλλος ἐκεῖνό ἐςι αὐτῆς, μακρῷ τινι ἄμεινον, καὶ θειοτέρου ἓ σώματος. ἐγὼ δέ, συνήθης γάρ εἰμι, καὶ λόγων ἐκοινώνησα πολλάκις, ὁμοήθης ὤν. καὶ γὰ ὡς εἰδῶ ἐ αὐτὸς, τὸ ἥμερον, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ μεγαλόφρον, καὶ σωφροσύνην, καὶ παιδείαν, ἃ δὲ κάλλος ἐπαινῶ. ἄξια γὰ σωκρίσεως ταῦτα ἓ σώματος. ἐπεὶ ἄλογον ἂν εἴη, καὶ γελοῖον, ὥσπερ εἴ τις τῶν ἐδηδοκὼς ἃ δὲ ἓ σώματος θαυμάζοι. τὸ δὲ σύντελες κάλλος οἶμαι τῦτό ἐςιν, ὁπόταν εἰς τὸ αὐτὸ συνδράμῃ ψυχῆς ἀρετὴ, καὶ εὐμορφία σώματος. ἐμὲ δὲ πολλὰς ἂν σοι δείξαιμι, μορφῆς μὲν, οὐ κὸς τὰς, τὰ δὲ ἄλλα αἰσχυνούσας, τὸ κάλλος, ὡς κ μάτην φθεγξαμένων, ἀποθανεῖν αὐτὸ, καὶ ἀπομαραίνεσθαι, ἐλεεῖσθαί τε, ἐ ἀκηκοὼν, καὶ παρ' ἀξίαν συνὸν, πονηρᾷ τινι δεσποίνῃ τῇ ψυχῇ. καίγε τοιαῦτ, οἷμαι μὲ δοκῦσι τοῖς αἰγυπτίοις ἱεροῖς. κἀκεῖ γὰ, αὐτὸς μὲ ὁ νεὼς, καλλιςός τε, καὶ μέγιςος, λίθοις τοῖς πολυτε-

quod ajunt, domo adductum. Conservasti igitur ista Damidi ad dicendum subjiciens. Sed quisnam est iste qui tam properè accedit, æneus, pulchris literis ornatus, scitè circumscriptus, cui prisco more religata est coma? Tuus potiùs frater est Mercurij. Agoræus ille qui stat ad Pœcilen. Proinde pice refertus est, cùm à statuariis quotidie refingatur. Quid, ô puer, cursu ad nos contendisti? num aliquid novi è terris renuntias? *Hermagoras.* Ingens quiddam, ô Iupiter, & quod summam requirit diligentiam. *Iup.* Dicito jam si quid aliud ortum sit quod nescimus. *Herm.* Cum ad porticum jam fabricarer æneus, Ac perque dorsum, perque pectus ungerer, Factusque ineptè corpori thorax meo Adpenderet, nec arte dispari foret, Ex ære totus additus mihi baltheus, Turbam video tumultuantem accurrere, Quacum duo sophistici certaminis Ibant periti fronte tristi ac pallida Pugiles, Damis &. *Iup.* Desine, Hermagora optime, tragicis versibus loqui. Novi enim quos dicis. Sed mihi dic, an jam diu contentionem commiserint. *Herm.* Nondum, Nam in velitatione adhuc versabantur, funda jaculantes & eminus sese mutuis convitiis impetentes. *Iup.* Quid ergo nobis faciendum restat, ô Dii? annon inclinato in ipsos capite auscultandum? Itaque horæ pessulum jam adimant, & abactis nubibus cœli portas aperiant. Hercle quanta multitudo ad audiendum contendit! At non valdè mihi placet quòd Timocles iste trepidat & turbatur. Omnia hodie perdet: & manifestum est ipsum ut cum Damide pugnet non surre turum. Sed quod nobis est facillimum, vota tacitè

ὑπὲρ αὐτῶ σιγῇ, ἵν' ἡμεῖσιν ἵνα μὴ Δάμις γε πύθηται. Τιμο. τί φῂς ὦ ἱερόσυλε Δάμι, θεὺς μὴ εἶναι, μὴ ᾗ προνοεῖν τ ἀνθρώπων; Δα. ὄκ. ἀλλὰ σὺ πρότερον ἀπόκρινάι μοι, ᾧ πνι λόγῳ ἐπίσθης εἶναι αὐτούς. Τιμῳ. ἄμμιν, ἀλλα σὺ ω μιαρὲ ἀπόκρινας. Δα. ἄμεινον, ἀλλὰ σύ. Ζ. ταυτὰ μὰ παραπολὺ ὁ ἡμέτερος, ἄμεινον, καὶ σὺφωνότερον τραχυώτερ. εὖγε ὦ Τιμόκλεις, ἐπίγε τ βλασφημιῶν. σὺ γὰρ τάυτα στι, τὸ κράτ. ὡς τά γε ἄλλα, ἰχθυῶ σε ἀπφανεῖ, ἐπισμίζων. Τιμῳ. ἀλλὰ μὰ τὴν Ἀθηνᾶν, σὸκ ἂν ἀπόκρινάιμὶ σοι πρότερον. Δα. σὸκοῦν ὦ Τιμόκλεις, ἐρώτα. σκοπήσεις γὰρ τοῦτο γε, ὁμωμοκώς. ἀλλ' ἀπὸ τῶν βλασφημιῶν, εἰ δοκεῖ. Τιμῳ. εὖ λέγεις. εἰπὲ δή μοι, ἀ δοκοῦσι σοι ὦ καθάρατε, προνοεῖν οἱ θεοί; Δα. ὐδαμῶς. Τιμῳ. πῶς; ἀπροσόητα ἂν τοῦτο πάθοις; Δα. ναί. Τιμῳ. ἀλλ' ὑπό πνι ἂν θεῶ τάττεται ἡ τ ὅλων ἐπιμέλεια; Δα. ὄ. Τιμῳ. πάντα ἄρ εἰκῇ φέρεται ἀλόγῳ τῇ φορᾷ; Δα. ναί. Τιμῳ. εἶτ' ἄνθρωποι ταῦτα ἀκούοντες, ἀνέχεσθε, καὶ σ καθαλόσιτε τ ἀλιτήριον; Δα. τί τὰς ἀνθρώπους ἐπ' ἐμὲ παροξύνεις ὦ Τιμόκλεις, ἢ τίς ὢν, ἀχαναπτὶς ὑπὲρ τ θεῶν, καὶ ταῦτα, ἐκείνων αὐτῶν σὸκ ἀχανακτούντων; οἵ γε ὐδὲν δεινὸν ἀξιοῦσιν ἀκούσαντες, εἰ γε ἀκούουσι. Τιμῳ. ἀκούουσι γὰρ ὦ Δάμι, ἀκούουσι. καί σε μιῆσαι πότε χρόνῳ ὕστερον. Δα. καὶ πότε ἂν ἐκεῖνοι χαλεπὼ ἀχάνοιεν ἐπ' ἐμὲ τοσαῦτα ὡς φῆς πεπλημμελῆ ἔχοντες, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ἄπειρα τὸ πλῆθ ὄντα, οἰκονομούμενοι; ὥστε ὐδὲ σέ πω ἠμύναντο ὧν ἐπιορκεῖς ἀεί. καὶ τ ἄλλων, ἵνα μὴ βλασφημεῖν ἐ αὐτὸς

pro ipso faciamus nobiscum, ne Damis inaudiat. *Timocl.* Quid ais Dami sacrilege, Deos non esse, nec hominibus providere? *Dam.* Minimè. Verum dic mihi prius qua ratione ipsos esse persuasus es. *Tim.* Non dicam. Sed tu scelerate respondе. *Dam.* Non: sed tu. *Iup.* Hoc multò meliùs agit noster, quòd vocaliùs exasperatur. Euge Timocles obstrepe convitiis. Nam in hoc sita est victoria. Nam alioqui obturato ore te piscem reddet. *Tim.* At per Minervam, non respondebo tibi prior. *Dam.* Ergo Timocles interroga. Hoc enim saltem obtinuisti, cùm juraveris: sed sine convitiis, si placet. *Tim.* Rectè dicis. Ergo dic mihi. Annon ô scelerate, Dii tibi videntur providere? *Dam.* Nequaquam. *Tim.* Quid ais? Hæc igitur omnia nulla providentia reguntur? *Dam.* Nulla. *Tim.* Neque Vniversitatis cura penes ullum Deum est? *Dam.* Non. *Tim.* Cuncta igitur impetu fortuito feruntur? *Dam.* Maximè. *Tim.* Hæcne fertis auditores, & scelestum hunc lapidibus non obruitis? *Dam.* Cur homines in me incitas Timocles? aut quis es, ut pro Diis indigneris, idque cùm non indignentur ipsi? qui olim audientes, saltem si audiunt, nullo malo me affecerunt. *Tim.* Audiunt, Dami, audiunt: & te aliquando postea ulciscentur. *Dam.* Ecquando ipsis contra me vacaret, cùm tot, ut ais, sustineant negotia, & rerum quæ sunt in mundo infinitam multitudinem regant? Itaque nec te, quòd semper peieras, punierunt. Nec propter alia: ne præter pa-

ἀναγκάζομαι δῆλα τὰ συγκείμενα. καίτοι ἔχ ὁρῶ ἥντινα ἂν ἄλλην ἐπίδειξιν τῶν ἑαυτῶν σοφιῶν μείζω ἐξενεγκεῖν ἐδυνάσθη, ἢ σὲ πανὸν, κακῶς ἐπιτρέψαντες. ἀλλὰ δῆλοί εἰσιν ἀπεδημηκότες ὑπὲρ τὸ Ὠκεανὸν ἴσως μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας. ἔνθεν γὰρ αὐτοὺς σωιέχως ἴσμεν παρ' αὐτοὺς ἐπὶ δαῖτας, καὶ ἀνεπαγγέλτους οἰόμεθα. Τιμ. τί σοὶ τοσοῦτον ἀναισχυντίαν εἴποιμι ὦ Δάμι; Δα. ἐκεῖνο ὦ Τιμόκλεις, ὃ πάλαι ἐγὼ ἐπόθουν ἀκοῦσαί σου, ὅπως ἐπείσθης οἴεσθαι προνοεῖν τοὺς θεούς. Τιμ. ἡ τάξις μὲ πρώτη τῶν γιγνομένων ἔπεισεν, ὁ ἥλιος ἀεὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἰὼν, καὶ σελήνη τε, καὶ τροπαὶ, καὶ ὥραι τρεπόμεναι, καὶ φυτῶν φυόμενα, καὶ ζώων γεννώμενα, καὶ αὐτὰ ταῦτα ἅπερ ἐμηχάνησο κατασκευάσματα, ὡς τρέφεσθαι, καὶ κινεῖσθαι, καὶ νοεῖν, καὶ βαδίζειν, καὶ τεκταίνεσθαι, καὶ σκυτοτομεῖν. καὶ τἆλλα ταῦτα προνοίας ἔργα εἶναί μοι δοκεῖ. Δα. αὐτὸ πῦρ τὸ ζητούμενον ὦ Τιμόκλεις, σωαρπάζεις. οὐδέπω γὰρ δῆλον, εἰ προνοίᾳ τούτων ἕκαστα ἐπιτελεῖται. ἀλλ' ὅτι μὲ τοιαῦτα ἴσι τὰ γιγνόμενα, φαίην ἂν ἐγὼ αὐτός. ὑμῖν μὲν αὐτίκα πεπεῖσθαι ἀνάγκη, καὶ ὑπὸ πολλῆς προμηθείας αὐτὰ γίγνεσθαι. ἴσι γὰρ ἐμοὶ ἄλλως δοξάζοντα, καὶ ὁμοίως, καὶ τἆλλα σωίστασθαι. σὺ δ', τάξιν αὐτῶν ὀνομάζεις τὴν ἀνάγκην. εἶτα δηλαδὴ ἀγανακτήσεις, εἴ τις σοι μὴ ἀκολουθοίη, τὰ γιγνόμενα μὴ, ὁποῖά ἐστι, κατασκευαζόμενα, καὶ ἐπαινοῖτο, οἰόμενός γε δεικνύειν ταῦτα εἶναι, ἅ ἐστι προνοίᾳ ἀλλήλοις αὐτῶν ἕκαστον. ὥστε τὸ κωμικὸν, τοῦτό μοι, ὑπομόχθηρον. ἄλλο δέ μοι λέγε. Τιμόκλεις. ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι ἐστὶν ἄλλης ἐπὶ τούτοις δεῖν ἀποδείξεως. ὅμως

pactum maledicere cogar. Nam non video quonam alio argumento majore suam providentiam demonstrare possent, quàm si te malum malè perderent. At certum est eos peregrè esse profectos, ultra Oceanum fortasse, & inculpatos Æthiopas. Solent enim ad eos crebrò ire commessatum: interdum etiam non vocati. *Tim.* Quid ad tantam impudentiam tibi dicerem Dami? *Dam.* Nimirum illud quod jamdudum ex te audire cupio, qua persuasione credideris Deos providere. *Tim.* Id mihi rerum primus ordo persuasit. Sol qui idem iter semper conficit, eodémque modo Luna, & tempestatum mutatio, & plantarum procreatio, & animalium generatio, horúmque ipsorum tam elegans compositio, ut alantur, moveantur, cogitent, incedant, fabrilem artem & sutoriam exerceant. Atque id genus alia, mihi Providentiæ videntur esse opera. *Dam.* Tu quidem Timocles, quæstionem corripis. Nondum enim liquet an horum unumquodque Providentia perficiatur. Cæterùm quod hæc fiunt, nec ipse negaverim. Non tamen ilico necesse est credere, ea aliquo consilio fieri. Contingit enim ut hæc incepta sint, nunc-que similiter, eodemque modo constituantur. At tu ordinem eorum, necessitatem appellas. Deinde scilicet indignaberis, siquis te non sequetur, cùm ea quæ fiunt, qualia sunt enumeres, & putes hisce demonstrasse, horum unumquodque immutari Providentia. Itaque juxta Comicum, hoc subfrivolum est: aliud mihi dicito. *Tim.* Equidem existimo alia præterea demonstratione non esse opus. Verumtamen dicam,

δ' ἂν ἐρῶ. λάπτεσθαι γάρ μοι. Ὁ μηρός σοι δοκεῖ ἀληθῆ ποιητὴν γενέσθαι; Δα. καὶ μάλα. Τι. σὺ μὲν οὖν ἐκείνῳ ἐπίστευε, τῇ προνοίᾳ τῶν θεῶν ἐμφανίζοντι. Δα. ἀλλ' ὦ θαυμάσιε, ποιητὴν μὲν ἄριστον Ὁμηρον γενέσθαι, πάντες σοι συνομολογήσουσι. μάρτυρα δὲ ἀληθῆ περὶ τῶν ποιητῶν, οὐκ ἐκεῖνον, οὔτε ἄλλον ποιητὴν οὐδένα. οὐ γὰρ ἀληθείας μέλειν αὐτοῖς οἴμαι, ἀλλὰ τοῦ κηλεῖν τὰς ἀκοάς. καὶ διὰ τοῦτο, μείζοσι τισὶ καταδῦσαι, καὶ μύθοις κατηχῆσαι. καὶ ὅλως, ἅπαντα ὑπὲρ τοῦ πρᾶξαι μηχανῶνται. ἀτὰρ ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι, οἷς ποτε μάλιστα ἐπίθηται τὸν Ὅμηρον. ἔοικε δὲ τοῖς περὶ τὸν Διὸς λέχος, ὡς ἐπιβουλεύσαν σωθῆναι αὐτὸν ἡ γυνή, καὶ ὁ ἀδελφὸς, καὶ ἡ γυνή; καὶ εἴγε μὴ τὸ Βριάρεων ἡ Θέτις ἐκάλεσεν, ἐλεήσασα τὸν γενόμενον, ἐπιπεδήσῃ ἂν ἡμῖν ὁ βέλτιστος Ζεὺς, σωφρονισθείς. ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα μεμνημένους τῇ Θέτιδι τὴν φιλεργίαν, ἐξαπατᾷ τὸν Ἀγαμέμνονα, ὄνειρόν τινα ψεῦδη ἐπιπέμψας, ὡς πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἀποθάνοιεν. ὁρᾷς; ἀδικώτερον γὰρ ἢ αὐτὸς κεραυνὸν ἐμβαλόντα, καὶ ὧδε πλέξαντα τὸν Ἀγαμέμνονα αὐτὸν, ἀνδρὶ δὲ ἀπατεῶνι εἶναι δοκεῖν. ἢ σὲ εἰκὸς ἁπαξάπασι τοῖς πίστιν ἐπαγαγέσθαι ἀκούοντας, ὡς Διομήδης μὲν, ἔτρωσε τὴν Ἀφροδίτην, εἶτα τὸν Ἄρη αὐτὸν, Ἀθηνᾶς παρακελεύσει. μικρὸν δὲ, αὐτοὶ συμπεσόντες οἱ θεοὶ, ἐμονομάχησαν ἀναμὶξ ἄρρενές τε, καὶ θήλειαι. καὶ Ἀθηνᾶ μὲν, Ἄρει καταγωνίζεται, ἅτε δὲ πεπονηκότα οἶμαι ὑπὸ τοῦ τραύματος, ὁ μὲν δὴ Διομήδης εἴληφε. [1] Ἀντοῖ δ' αὐτίχα σῶκος ἐελδόμενος Ἐνυαλίοιο. ἢ τὰ μὲν

dicam, ac respondè. Homerus videtur tibi fuisse poëta præstantissimus? *Dam.* Maximè. *Tim.* Proinde ipsi credidi, Deorum providentiam declaranti. *Dam.* Certè vir admirande, Homerum bonum quidem fuisse poëtam omnes tibi confitebuntur: sed veracem rerum hujusmodi testem, neque illum, neque alium ullum poetam concedent. Neque enim veritatem ut puto, curant: sed demulcere auditores intendunt. Propterea versibus occinunt, fabulis personant, omnia denique delectandi causa moliuntur. Libenter autem ex te audirem, quibusnam Homeri dictis potissimùm ad hoc credendum sis adductus. Num iis quæ dicit de Iove, ut per insidias ipsum vincire voluerint filia, & frater, & uxor ejus? Ac nisi Briareum accersivisset Thetis, facinus miserata, nobis correptus ille Iupiter optimus fuisset vinculis obstrictus. Pro quibus, beneficii memor, ludit Agamemnonem immisso fallaci somnio, quòd multi morerentur Græci. Videsne? Non enim poterat immisso fulmine Agamemnonem ipsum comburere, nisi deceptor videretur. An illa te potissimum adduxerunt ut crederes, quum audiebas à Diomede vulneratam Venerem, deinde Minervæ jussu Martem. Aliquanto verò pòst congressi Dii singulari certamine promiscuè cùm masculi, tum fœminæ pugnarunt: in quo Pallas Martem, ut accepto à Diomede vulnere infirmiorem superat. Contra Latonam stabat Cyllenia proles. Ea quæ

[1] Ἀντοῖ δ' αὐτίχα] Iliad. xx. Mercii.

ὁ Ἀρτέμιδος σοι πηλικὰ ἔδοξεν, ὡς
ἐκείνη μεμψιμοιρεῦσα, ἠγανάκτη-
σεν, ὅ κληθῆναι ἐφ' ἑστίασιν τὸν Ὃ
Οἰνέως. καὶ λέγεται, σιῶπ τινα ὑπερ-
φυᾶ, καὶ ἀνυπόστατον τῷ ἀλκῷ
ἐπαφῆκαι ἐπὶ τὴν χώραν αὐτοῦ.
ἆρα δὴ τὰ τοιαῦτα λέγων σε Ὅμη-
ρος πέπεικε; Z. βαβαί. ἡλίκην ὦ
θεοὶ ἀνεβόησε τὸ πλῆθος, ἐπαινοῦν-
τες τὸν Δάμιν. ὁ δ' ἡμέτερος, ἀπο-
ρεμφὴς ἔοικε. δείδιε γᾶρ, καὶ ὑποτρέμει, καὶ δόλος ἐστὶν ἀμφιβρίψων
τῷ ἀσπίδι. καὶ ἤδη ὑφεῖλκε σὲ παρεκδὺς, ἀπὸ δράστηρος. Τιμ. οὐδ' Εὐριπίδης ἄρα σοι δοκεῖ λέγειν τι
ὑμῖν, ὁπόταν αὐτὸς ἀναβιβασάμενος τοὺς θεοὺς ἐπὶ τὴν σκηνὴν, δεικνὺς σώζοντας μὲν τοὺς χρηστοὺς τῶν
ἡρώων, τοὺς πονηροὺς δὲ, καὶ τὴν ἀσέβειαν κτῶ σὲ, ἐπιτειθοῦντας; Δα.
ἀλλ' ὦ γενναιότατε φιλοσόφων Τιμόκλεις, εἰ ταῦτα ποιοῦντες οἱ τραγῳδοὶ πεπείκασί σε, ἀνάγκη δυοῖν
θατέρου, ἢ τοὺς Πῶλον, καὶ Ἀριστόδημον, καὶ Σάτυρον, ἡγεῖσθαί σε
θεοὺς εἶναι τότε, ἢ τὰ πρόσωπα τῶν
θεῶν αὐτὰ, καὶ τοὺς ἐμβάτας, καὶ
τοὺς ποδήρεις χιτῶνας, καὶ χλαμύδας, καὶ χειρίδας, καὶ περισκελίδια, καὶ σωμάτια, καὶ τἄλλ', οἷς ἐκεῖνοι σεμνύνονται τῇ τραγῳδίᾳ, ὅπερ ἐγὼ γελοιότατον οἶμαι. ἐπεὶ καὶ ἐμαυτὸν ὁπόταν ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπεισρυσῃς τῆς χρείας, τῶν δραμάτων τὰ δοκοῦντα οἱ λέγῃ αὐτῷ ποτε παῤῥησιαζόμενος,

Ὁρᾷς τὸ ὑψοῦ τοῦτ' ἄπειρον αἰθέρα,

quæ de Diana dicuntur visa tibi sunt fide digna? ut cum querimonia indignata est, quòd ad convivium Oenei non fuisset vocata: quam ob causam aprum ingentem, & invicti roboris in regionem ipsius immisit. Nunquid Homerus hæc dicendo tibi persuasit? *Iup.* Papæ! quanta ô Dii turba Damin collaudans exclamavit! Noster verò manet hæsitabundus. Quare metuit, & subtrepidat, & manifestum est fore ut [1] scutum abjiciat. Iamque circunspicit qua elapsus aufugiat. *Tim.* Num neque Euripides tibi videtur sani quicquam dicere, quum introductis in scenam Diis, indicat bonos heroas ab ipsis servari, malos verò propter impietatem, qualis tu es, puniri? *Dam.* At ô generosissime philosophorum Timocles, si tibi hæc persuaserunt Tragici poëtæ: necessum est ex his duobus alterum consequi, ut aut Polum & Aristodemum, & Satyrum tunc putes esse Deos, aut Deorum personas ipsas, & cothurnos, & vestes ad pedes usque demissas, chlamydes, manicas, ventralia, corpuscula, aliaque quibus illi tragœdiam exornant: quòd ego maximè ridiculum arbitror. Nam quum per se, nulla necessitate adactus, suam in fabulis sententiam dicit, liberè loquentem audies:

Vides supernum, simul & immensum æthera,

Ter-

1 *Scutum abjiciat*] Clypeum abjicere dixit pro eo quod est causæ diffidere & contentionem relinquere. Desperat enim quisquis in bello arma abjicit, & aut fugam spectat, aut mortem exspectat. Græci simplici vocabulo ῥιψάσπιδας vocant timidos, id cognominis Demosthenes in prælio quondam emeruit. Cleonymus apud Aristophan. in fuc. ἀσπιδοποιὸς appellatur. Plat. lib. de leg. 12. declarat ῥιψάσπιδος nomen multo probrosissimum esse. *Cogn.*

Καὶ γλῶ πίελξ ἔχοντ' ὑχρᾶς ἐν ἀγκάλαις.

Τοῦτον νομίζει Ζῆνα. τόνδ' ἀγαθὸν θεόν.

καὶ πάλιν.

Ζεῦς, ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεύς. ἐγὼ δ' οἶδα, πλὴν λόγῳ κλύων. καὶ τὰ τοιαῦτα. Τιμ. σὺ δὲ οὐκ ἄπαντες ἄνθρωποι, καὶ τὰ ἔθνη, ἐξαπατώμενα, θεοὺς νομίζοντες, καὶ πανηγυρίζοντες. Δα. εὖγε ὦ Τιμόκλεις, ὅτι μοι ὑπεμνησας τῶν κατὰ τὰ ἔθνη νομιζομένων. ἀλλ' ὧν μάλιστα σωίδιπες ἐστὶν, ὡς γε νῦν βέβαιον ὁ περὶ θεῶν λόγος πῶς ἔχει. πολλὴ γὰρ ἡ παραχὴ, καὶ ἄλλοι, ἄλλα νομίζουσι, Σκύθαι μὲν, ἀκινάκην θύοντες, καὶ Θρᾷκες, Ζαμόλξιδι, δραπέτῃ ἀνθρώπῳ ὁμοίως Σάμιοι ὡς αὐτοὺς ἥκοντι. Φρύγες δὲ, μήτρᾳ, καὶ Αἰθίοπες, ἡμέρᾳ. καὶ Κυμαῖοι, Φάλητι. καὶ Ἀσσύριοι, περιστερᾷ καὶ Πέρσαι, πυρί. καὶ Αἰγύπτιοι, ὕδατι, καίτοι μὲν ἅπασι κοινὸν τοῖς Αἰγυπτίοις τὸ ὕδωρ. ἰδίᾳ δὲ, Μεμφίτης μὲν, ὁ βοῦς θεός. Πηλουσιώτης δὲ, κρόμμυον. καὶ ἄλλοις, ἰβὶς, ἢ κροκόδειλος, καὶ ἄλλοις, κυνοκέφαλος, ἢ αἴλουρος, ἢ πίθηκος. καὶ ἐπὶ πᾶσι κώμῃσι, τοῖς μὲν, ὁ δεξιὸς ὦμος θεός. τοῖς δὲ καὶ ἀνωτέρω οἰκοῦσιν, ἄπερως. καὶ ἄλλοις, κεφαλῆς ἡμίσεμον. καὶ ἄλλοις, ποτήριον κεραμεοῦν, ἢ τρύβλιον. τοῦτα πῶς ἀγέλαστος ἐστὶν ὦ καλὲ Τιμόκλεις; Μω. οὐκ ἔλεγον ὦ θεοὶ, ταῦτα πάντα ἥξειν εἰς τὸ μέσον, καὶ ἀκριβῶς ἐξεταζήσεσθαι; Ζ. ἔλεγες ὦ Μῶμε, καὶ ἐπεὶ μὰς ὀρθῶς. καὶ ἔγωγε παρασκευάσομαι ἐπανορθώσασθαι αὐτὰ, ἵνα τῶν ποσὶ κίνδυνον ἀφανίσωμεν. Τιμ. ἀλλ' ὦ θεαῖς ἔχθρὲ σὺ, τὰς χρησμῳδὰς καὶ προαγορεύσεις τῶν ἐσομένων, τίνος ἔργον ἂν εἴποις, ἢ θεῶν,

Terram humidis circumtenentem in brachiis.

Illum Iovem arbitrare, necnon hunc Deum.

Et rursus.

Iupiter, is qui Iupiter est: nil enim ni ex fama novi.

Et id genus.

Tim. Proinde omnes homines gentesque decipiuntur, quum Deos esse putant, eorúmque dies festos celebrant. *Dam.* Bene Timocles, in memoriam mihi revocasti gentium opinionem: unde potissimùm intelligi possit, nihil habere certi ea quæ de Diis perhibentur. Nam multa est dissensio, & alii aliud opinantur: Scythæ Acinaci sacrificant, Thraces Zamolxidi fugitivo homini, qui Samo ad ipsos venit: Phryges Lunæ, Æthiopes diei, Cymæi Phaleti, Assyrii columbæ, Persæ igni, Ægyptii aquæ. Nam omnibus Ægyptiis communis est aqua. Privatim autem, Memphitis bos est Deus, Pelusiotis cepa, aliis Ibis, aut crocodilus, aliis cynocephalus, aut felis, aut simia. Præterea vicatim, aliis Deus est dexter humerus, aliis qui regionem adversam incolunt, sinister: aliis dimidium caput, aliis fictile poculum, aut catinus. Quomodo hæc, ô bone Timocles non sint ridicula? *Mom.* Nonne dicebam, ô Dii, hæc omnia in propatulum ventura, & fore ut accuratè examinarentur? *Iup.* Dicebas, ô Mome, & rectè objurgabas, atque hæc corrigere conabor, si præsens periculum evitarimus. *Tim.* At tu, ô Deorum inimice, oracula, & rerum futurarum prædictiones, cujus opus esse dices? nonne Deorum, eorum-

κ᾽ τ᾽ ἀστραπὰς τ᾽ ἐκείνων; Δα. σώπησον ὦ ἄθλιε, ὡς τ᾽ χρησμῶν, ἐπὶ ἱρήσομαί σε, τίν᾽ αὐτῶν μάλιστα μεμηνὰς ἀξιοῖς. ἆρ᾽ ἐκείνην, ὃν τῷ λυδῷ ὁ Πύθι᾽ ἔχρησεν; ὃς ἀκεραίως ἀμφίκλης ἰὼν, κ᾽ διαβόσωπ᾽, οἵοί εἰσι τ᾽ ἑρμῶν ἔνιοι, διττὰ, κ᾽ ἀμφοτέρωθεν ὄμματοι, κ᾽ ὡς ὁπόπερ ἂν αὐτῶν μέρ᾽ ἐπιστραφῇ. ἢ τὴν μᾶλλον, ὦ Κροῖσ᾽ ἀλοὺς τ᾽ Ἅλυν, τὴν αὐτὸς ᾠχλῶν, ἢ τὴν Κύρου καθαλύσῃ. καίτοι σὺκ ὀλίγων πελάντων ὁ σαρδιανὸς ἐκεῖν᾽ ὄλεθρ᾽, τὸ ἀμφιδέξιον τοῦτο ἔπος ἐστείλω. Μω. αὐτά πω ὦ θεοὶ ἀνὴρ διεξέρχεται, λέγων, ἃ ἐμὲ ἐδεδίειν μάλιστα. πῶς νῦν ὁ καλὸς ἡμῖν κιθαρῳδὸς; ἀπολόμενον αὐτὸν κατελθὼν ἐσθ᾽ς τοῦτο. Ζ. σὺ ἡμᾶς ἐπισφάττεις ὦ Μῶμε, σὺκ ἐν καιρῷ νῦν ἐπιλυμῶν. Τιμ. ὄρᾳ σὺ ποιεῖς ὦ ἀλιτήρεμε Δάμι, μηνυτὰ τὰ ἕδη αὐτὰ τ᾽ θεῶν ἀναπείπεις τῷ λόγῳ, κ᾽ βωμοὺς αὐτῶν. Δα. ἀ πάνυ ἔγωγε τοὺς βωμοὺς ὦ Τιμόκλεις. τί γὰρ ἐ δεινὸν ἀπ᾽ αὐτῶν γίγνεται, εἰ θυμιαμάτων, κ᾽ ὠιδῆς μετοί εἰσι; τοὺς δ᾽ ὦν ταύρους τ᾽ Ἀρτέμιδ᾽, ἡδέως ἂν ἐπεῖδον, ὦν βάθραν ἐπὶ κεφαλῇ ἀναστρεπτὰς, ἐφ᾽ ὧν τοιαῦτα ἡ παρθέν᾽ ὠμοχειρία ἔχαιρε. Ζ. τῷδε πόθεν ἡμῖν τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπῆλθεν ὡς δαιμόνιον ἐδέδοκ᾽ ἀνὴρ φείδεσθαι, ἀλλ᾽ ἐξ ἀμάξης παῤῥησιάζεται, κ᾽ μάρτυ ἐξείης, ὅστ᾽ αὖτ᾽, ὃς τ᾽ ἐκ ὄχι. Μω. καὶ μὴν ὀλίγως ἂν ὦ Ζεῦ, τοὺς ἀναιτίους εὑρεῖς ὦν ἡμῖν. καί πω τάχα θεοῖσιν ὁ ἄνθρωπ᾽, ἄψεται δ᾽ τ᾽ κορυφαίων τινός. Τι. ἀδὶ βεβητῶτ᾽ αὐτὸ δ᾽ Διὸς ἀκούεις ὦ δεισιδαίμων Δάμι; Δα. καὶ πῶς ὐ μέλλω βροντὴς ἀκούειν ὦ Τιμόκλεις; εἰ δ᾽, Ζεὺς ὁ βροντῶν ἐστι. σὺ δ᾽ ἂν

corundemque providentiæ? *Da.* Nihil dicas, vir optime, de oraculis, siquidem ex te quæram, cujusnam illorum mentionem facere velis potissimùm. Num illius quod Lydo Pythius reddidit? quod quidem prorsus anceps erat & biceps: quales sunt quædam Mercurii imagines, duplices, & utrinque similes, ad utramlibet illarum partem te verteris. An potiùs, Crœsus trajecto Hale, suum quam Cyri imperium evertet. Atqui non paucis talentis perditus ille Sardianus, ambiguum hoc dictum emit. *Mom.* Hæc ipsa, ô Dii, vir iste commemorat, quæ maximè pertimescebam. Vbi nunc est festivus ille noster citharœdus? ad hæc refellenda descende. *Iup.* Tu nos mactas, ô Mome, cùm nunc intempestivè nos reprehendas. *Tim.* Vide quid facias scelerate Dami, ipsa Deorum templa & aras oratione tua propemodum subvertis. *Dam.* Non omnes saltem aras Timocles. Quid enim ex ipsis mali accidit, si suffitibus, & suavibus odoribus sint plenæ? Verùm Dianæ aras quæ sunt in Tauris, libenter viderem funditus eversas, in quibus virgo tam suavibus epulis gaudet. *Iup.* Hoc unde nobis insuperabile malum obstrepit, quam nulli Deo parcit hic vir: sed ex plaustro liberè loquitur, Ordine corripiens sontem, Insontemque perinde. *Mom.* Atqui paucos Iupiter à culpa immunes inter nos invenies. Et forsitan progressus ille ex supremis aliquem offendet. *Tim.* Neque, ô Deorum impugnator Dami, lovem ipsum audis tonantem? *Dam.* Quomodo tonitru non audirem Timocles? Verùm an tonet Iupiter, meliùs scire possis,

ἄμεινον ἀδίκης, σκόπει πότερον ἐπὶ τὴν γῆν ἀφίγμεθα. ἐπεὶ οἱ μὲν ἐκ Κρήτης ἥκοντες, ἄλλα ἡμῖν διηγοῦνται, ταφον τινα κεῖσθαι δείκνυσι, καὶ φιλῶ ἐφεστάναι, δηλοῦσθαι ὡς οὐκέτι βροντήσειεν ὁ Ζεύς, πάλαι παλαιός. Μω. τοῦτ' ἐγὼ καὶ πολλοῦ ἠπιστάμην ἤδη τὸν ἄνθρωπον. τί δ' ἂν ὦ Ζεῦ, ἀχρεῖόν σοι ἦμεν, καὶ συγκροτεῖς τοὺς ὀδόντας ὑπὸ δέους; δεδοικέναι χρή, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀνθρωπίσκων καταφρονεῖν. Ζ. τί λέγεις ὦ Μῶμε, καταφρονεῖν; οὐχ ὁρᾷς ὅσοι ἀκούσιοι ὡς συμπεπεισμένοι εἰσὶν ἤδη καθ' ἡμῶν, καὶ ἅπαντα αὐτοὺς ἀνεσπασμένα; τί οὖν ὁ Δαμις; Μω. ἀλλὰ σὺ ὁπόταν ὦ Ζεῦ, βαλήσῃς, σειρὴν χρυσείαν καθεῖς, ἅπαντας αὐτοὺς αὐτῇ κεν χαίη ἐρύσσεις, αὐτῇ τε θαλάσσῃ. Τι. εἰπέ μοι ὦ καθάρσιε, πολλοῦκης ἤδη ποτέ; Δα. καὶ πολλάκις ὦ Τιμόκλεις. Τι. σοκῶν ἔφερεν ὑμᾶς τότε ὁ ἄνεμος ἐμπίπλων τὴν ὀθόνην, καὶ ἐμπιπλὰς τὰ ἀκάτια, ἢ οἱ ἐρέτιοντες; σκυφίσια ἦ εἷς τις ἐφεστὼς, καὶ ἔσωζε τὸν ναῦν; Δα. καὶ μάλα. Τι. εἶτα ἡ ναῦς μὲν, σὸς ἂν ἐπλεῖ, μὴ κυβερνωμένη, τὸ δ' ὅλον τοῦτο ἀκυβέρνητον οὖσ, καὶ ἀνημμένον φέρεσθαι; Δα. εὖγε, σωφρόνως ταῦτα ὁ Τιμοκλῆς, καὶ ἐχυρῶς τῇ ἀληθείᾳ. ἀλλ' ὦ θεοφιλέστατε Τιμόκλεις, τὸν μὲ κυβερνήτην σκέψαι ἐάν, ἀεὶ τὰ συμφέροντα ἐπινοοῦντα, καὶ ὧν δεῖται χαίρων διασκοπούμενον, καὶ προσεπιτρέποντα τοῖς ναύταις. ἀλυσιτελὲς δ', ἐὰν ἄλογον ἐάσῃ τι εἶναι ἡ ναῦς ὁ μὴ χρειώδες ἂν αὐτοῖς. ὁ δὲ σὸς οὗτος κυβερνήτης, ὃν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ νηῒ ἐφεστάναι ἀξιοῖς, καὶ οἱ σωναῦται αὐτῷ, ἐάσειν ἂν λόγως, ἐάν τ' εἰς τὰς ἀξίας ἀφαιρεῖσιν. ἀλλ' ὁ μὲν πρότονος, cùm pro Diis inde adveneris. Nam qui ex Creta veniunt, nobis alia narrant, nempè ibi sepulchrum ostendi, & columnam stare, quæ indicet Iovem non amplius tonare posse, cùm jampridem sit mortuus. *Mom.* Equidem hoc ego ab homine dictum iri jamdudum sciebam. Cur igitur palluisti Iupiter, & præ tremore dentes concutis? Confidendum est, & contemnendi tales homunculi. *Iup.* Quid dicis, Mome, esse contemnendos? Non vides quam multi audiant, & ut in sententiam contra nos adducti sunt, & in aures revincti à Damide abducuntur? *Mom.* At tu Iupiter, quum volueris ipsos omnes demissa catena aurea ipsa cum terra sustolles Oceanoque. *Tim.* Dic mihi sceleste, nunquam ne navigasti? *Dam.* Imò sæpe, ô Timocles. *Tim.* Nunquid ventus id temporis incidens in carbasa, & implens navigia, vos ferebat, an verò remiges? cæterùm unus ad gubernaculum sedendo, navim servavit? *Dam.* Maximè. *Tim.* Nonne navis progredi non posset non gubernata, & universitatem hanc sine gubernatore, sine duce ferri putas? *Dam.* Euge Timocles, prudenter & potenter exemplo hæc demonstrasti. At ô Deorum amantissime Timocles, gubernatorem illum vidisti, nunquam non utilia excogitantem, eaque ante tempus parantem, & nautis imperantem. Navis autem nihil inutile, nec ad rem non pertinens habebat, quod usui non esset ipsis. Hic verò tuus gubernator, quem magnæ huic navi præsidere vis, ejusque connautæ, nihil cum ratione, nihil ex dignitate ordinant. Sed fortè rudens in pup-

εἰ πάχι εἰς τὴν πρύμνην ἀποτέτα-
ται. οἱ πόδες ᾖ, εἰς τὴν πρῷραν
ἀμφότεροι. καὶ χρυσαῖ μὲν αἱ ἄγ-
κυραι ἰνίοι. ὁ χηνίσκος ᾖ, μολι-
βδοῦς. καὶ τὰ μὲν ᾠφαλα, καλῶς γε-
γραμμένα. τὰ δ' ἴξαλα τῆς νεὼς, ἄμορφα.
καὶ αὐτῶν δ' τῶν ναυτῶν ἴδοις ἂν τὸν μὲν,
ἀργὸν, καὶ ἄπιχνον, καὶ ἄτολμον πρὸς
τὰ ἔργα, δημοσίοις, ἢ τελωνι-
κοῖς. τὸν δ', καταγλυμβῆσαί τε,
ἄκριτον, καὶ ἐπὶ τὴν περαίαν ἀναπη-
δῆσαι, ῥᾴδιον, καὶ εἰδότα τὸν χρησί-
μων ἑκάστῳ, μόνον τοῦτον ἀντλεῖν
ἀποτεταγμένον. τὰ δ' αὐτὰ, καὶ ἐν
τοῖς ἐπιβάταις. μαστιγίαν μὲν τινα,
ἐν πρῳρείᾳ, πρὸς τὸν κυβερνήτην
καθήμενον, καὶ ἀπορροθοῦντα. καὶ
ἄλλον κίναιδον, ἢ παιγνιολοίαν, ἢ
ἱερόσυλον, ὑπερζωμώμενον, καὶ τὰ
ἄκρα τῆς νεὼς καταειληφότα. χαλεπὸν
ᾖ πολλοὺς ἐν μυχῷ τῆς σκάφης
στενοχωρουμένους, καὶ ὑπὸ τῆς ὠθού-
σης ἀληθείαν χαιρόντων πατουμένους. ἐν-
όησεν γὰρ ὅπως Σωκράτης μὲν, καὶ
Ἀριστείδης ἔπλευσεν, καὶ Φωκίων,
οἷς τὰ ἄλφιτα πρόσφορα ἔχοντες,
οἷς ἀποτείνειν τοὺς πόδας δυνάμενοι
ἐπὶ γυμνῶν. τῆς σανίδων πρὸς τὸ ἄντλειν.
ἐν ὅσοις ᾖ ἀγαθοῖς Καλλίας,
καὶ Μειδίας, καὶ Σαρδαναπαλ-
ττρυφῶντες, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοὺς καλ-
λωπίζοντες, τοιαῦτα ἐν τῇ νηὶ σου
γέγονεν ὦ σοφώτατε Τιμόκλεες.
πρὸς τοῦτο, αἱ ναυαγίαι μυρίαι. εἰ
δέ τις κυβερνήτης ἔφρεσεν, ἐώρα,
καὶ διέκρινεν ἑκάστους, πρῶτον μὲν ἂν
ἐγίνοντο οἱ μὲν οἱ χρησοὶ, καὶ
οἱ μὲν οἱ φαῦλοι τῶν ἐμπλεόντων.
ἔπειτα, ἐκόσμει κατὰ τὴν ἀξίαν τὰ
προσήκοντα ἀπένεμεν ἂν, χρῆσθαί τε
τοῖς ἀμείνοσι τοῖς κρείττοσι παρ' αὐ-
τοῦ ἂν. τοῖς ἥττοσι δ', τοῖς χείροσι.
καὶ συνίστας ἔσαν ἂς ἀμείνους, καὶ
συμβούλους ἐποίησεν ἄν. καὶ τῶν ναυτῶν

puppim protenditur, & pedes ambo in proram. Interdum aureæ ſunt anchoræ, cheniſcus plumbeus: & navis inferius eſt picta, ſuperius deformis. Ex ipſis etiam nautis cernere eſt hunc pigrum, inertem, & ad opera meticuloſum, dupliciarium aut tripliciarium: illum ad natandum impigrum, & ad inſiliendum in antennas facilem, ac rei cujuſque utilis gnarum: hunc exhauriendæ duntaxat ſentinæ deſtinatum. Eadem etiam in vectoribus videre licet: verberonem aliquem in prima ſede ſedentem ad gubernatorem, & honoratum: & alium cinædum, aut parricidam, aut ſacrilegum ſummis honoribus potientem, & ſumma navis occupantem: multos verò ſpectatæ gratiæ in anguſtum ſcaphæ locum in imo compreſſos, qui à revera deterioribus calcantur. Ergo cogita quomodo navigarit Socrates, Ariſtides, & Phocion, quibus non ſatis opum erat ad victum: neque ſuper nudis tabulis ad ſentinam pedes extendere poterant. Contrà quantis bonis Callias, Midias, & Sardanapalus molliter uſi ſint, & ſibi ſuperiores conſpuerint. Talia in hac tua navi accidunt. Timocles ſapientiſſime. Idcirco infinita naufragia. Verùm ſiquis ei præfectus gubernator, videret & ordinaret ſingula primùm quidem non ignorarent quinam ex navigantibus boni ſint, quinam mali. Deinde cuique pro meritis convenientia diſtribueret: locum meliorem melioribus juxta ſe ſurſum, & deterioribus deteriorem deorſum. Et convivas meliores, & conſiliarios feciſſet. Atque alacri quidem nautæ, aut

ὁ μὲ σφόδρα, ἡ σωτηρία ἐπιμελητὴς ἀπεδέδειχτ' ἄν, ἢ πίσσῃ ἄρχοι, ἢ πάντως σὺ τ' ἄλλα. ὁ δ' ὀκνηρὸς, καὶ βαθυμὸς, ἐπαίει ἀεὶ τὴν κεφαλὴν πεντάκις τ' ἡμέρας τῶν πειραλίων. ὥστε σοι ὦ θαυμάσιε, τὸ τ' νεὼς τῦτο παράδειγμα, κοδιωδῶς ἐξεπεπτάφθαι, καὶ σὺ κυβερνήτης πεπτυχὼς. Μω. παῦε μὲ ἤδη καὶ χαῖρε σὺ χωρὶς τῷ Δαμοῖδι, καὶ πλησίον ἐπὶ τὸν ἱκλὸν φέρεσθαι. Ζ. ὀρθῶς ὦ Μῶμε, εἰκάζεις. ὁ δ' ὑδὲν ἰσχυρὸν ὁ Τιμοκλὴς ἐπινοεῖ, ἀλλὰ τὰ κοινὰ πάντα, καὶ καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ὁ σφέτερος παῦρα ἐπαντλεῖ. Τι. σκοπῶ ἐπεὶ τ' νεὼς τὸ παράδειγμα ὑ πάνυ σοι ἰσχυρὸν ἔδοξεν εἶναι, ἀκούσῃ δὴ τῶν ἱερῶν φασιν ἄγκυραν, καὶ ὧν ὑδαμοῦ μηχανῇ διορρήξεις. Ζ. τί ποτ' ἄρα ἐστὶν ἱερεῖς Τι. ἴδοις γὰρ εἰ ἀκόλυθα ταῦτα συλλογίσομαι, καὶ εἴ πῃ αὐτὰ δυνατὸν σοι σωτηρίαν. εἰ γὰρ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. τί σοὶ ταῦτα φῄς; Δα. ἢν πρότερον γελάσω εἰς ἅπαν, ἀποκεινδύνῳ σοι. Τι. ἀλλ' ἔοικας ὑδὲ παυστὸς γελᾶν. εἰπὲ γ' ὅμως ὅπῃ σοι γελάσιμον ἔδοξε τὸ εἰρημένον εἶναι. Δα. ὅτι σὺ αὐδάνῃ λεπτῆς κρεμνῆς ἐξαψάμενος σὺν τὴν ἄγκυραν, καὶ ταῦτα, ἱερὸν ὄντα. τὸ γὰρ εἶναι θεὸς, τῷ βωμὸς εἶναι συνδήσας, ἰσχυροῖς ποιήσασθαι ἀπ' αὐτῶν τ' ὁρμὸν. ὥστε ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο τῦτο φῄς ἔχειν εἰπεῖν ἱερώτερον, ἀπίωμὲν ἤδη. Τι. ὁμολογεῖς τινων ἡττᾶσθαι σοφωτέρων; Δα. ναὶ ὦ Τιμόκλεις. σὺ γὰρ ὥσπερ οἱ ὑπὸ πων βιαζόμενοι, ἐπὶ τὰς βωμὰς ἡμῖν κατέφυγας. ὥστε νὴ τὴν ἄγκυραν τὴν ἱερὴν, ἐθέλω ἀπιέναι ἤδη πρὸς σὲ, ἐπ' αὐτῶν τε τῶ

aut curanda prora, aut muri defenſio demanderetur: aut omnino aliis præponeretur. Ignavi autem & ſegnis caput quotidie quinquies funè cæderetur. Quare ô admirande, tuum iſtud navis exemplum periclitatur corruere, quippe quod malum gubernatorem nactum eſt. *Mom.* Res certè Damidi ſecundo flumine procedit, pleniſque velis fertur ad victoriam. *Iup.* Rectè ô Mome, judicas. Nihil enim validi Timocles comminiſcitur: ſed communia hæc, & quotidiana quæ omnia facilè refelluntur, alia aliis infundit. *Tim.* Proinde, quoniam navis exemplum tibi viſum eſt non admodum validum, audi ſacram, quod dicunt, anchoram & quam nulla machina rumpes. *Iup.* Quidnam dicturus eſt? *Tim.* Videas an conſentanea hæc colligam, & an ea evertere poſſis aliqua ratione. Si ſunt aræ, ſunt etiam Dii. Atqui ſunt aræ, Ergo & Dii. Quid ad hæc dicis? *Dam.* Si priùs ad ſatietatem riſero, tibi reſpondebo. *Tim.* At videris nunquam ridendi finem facturus: attamen effare quo pacto ridiculum tibi videatur quod dixi. *Dam.* Quòd non ſentias, tuam anchoram quantumvis ſacram à tenui filo pendere. Nam conjunctis his duobus, Deos eſſe eò quòd ſunt aræ, exiſtimas te nodum firmum fèciſſe. Itaque cùm dicas te nihil firmius habere quod proponas, jam abeamus. *Tim.* Ergo te victum confiteris, qui prior abis? *Dam.* Maximè Timocles. Tu enim ut ii quibus vis infertur, ad aras confugiſti. Itaque per ſacram illam anchoram, tecum, etiam ſuper aris, paciſci volo,

βαμῶν, ὡς μηκέτι σὲ τύπτων ἐρίζοιμι. Τι. εἰρωνεύῃ ταῦτα πρὸς ἐμὲ τυμβωρύχε, καὶ μιαρὲ, καὶ κακόπλυστε, καὶ μοιχεία, καὶ κάθαρμα. ὃ γὰρ ἴσμεν ἅπαντες μὲ πατρὸς εἶ, πῶς δ' ἡ μήτηρ σου ἐπορνεύθη, ὡς δὲ τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινας, καὶ μοιχεύεις δὲ τὰ μειράκια διαφθείρεις λιχνόστατε, καὶ ἀναισχυντότατε. μὴ φεῦγε δ' ἕως δὲ παρ' ἐμοῦ πληγὰς λαβὼν ἀπέλθῃς. ἤδη γάρ σε τούτῳ τῷ ὁράκῳ ἀποδαύσω, παμμίαρος ὤν. Ζ. ὦ μᾶ, γελῶν ὦ θεοί, ἄπεισιν. ὦ δ' ἀκολουθεῖ λοιδορούμενος, ὃ φέρων καταρυφῶσα τὸν Δάμιν, καὶ ἔοικε καθέξειν αὐτὸν τῇ κεράμῳ ἐς τὸ κεφαλήν. ἡμεῖς δ', τί ποιοῦμεν ἐπὶ τούτοις; Ερ. ὀρθῶς σκεῖνο μοι ὁ κωμικὸς εἰρηκέναι δοκεῖ, οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ σοφωτοιῇς. τί γὰρ δὲ ὑπείμεθα κακὸν; εἰ ὀλίγοι ἄνθρωποι πεπεισμένοι παῦλα, ἀπίασι; πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ τἀναντία γιγνώσκοντες, πλείους Ἑλλήνων. ὁ πολὺς λεὼς, καὶ ὁ σύρφαξ, βάρβαροί τε πάντες. Ζ. ἀλλ' ὦ Ἑρμῆ, τὸ δ' Δαρείου πάνυ καλῶς ἔχον ἐστὶν, ἃ εἶπεν ἐπὶ δ' Ζωπύρῳ. ὥστε δὲ αὐτὸς ἐυλόμην ἂν ἕνα τοιοῦτον ἔχειν οἷον τὸν Δάμιν, σύμμαχον, ἢ μυρίας μοι Βαβυλῶνας ὑπάρχειν.

volo, nos hac de re non ampliùs disputaturos. *Tim.* Hæc in me cavillaris, tumulorum effossor, scelerate, execrande, verbero, flagitiose. Nescimus enim quo patre sis natus: sed ut tua mater meretricem agebat, & ut fratrem occidisti, mœcharis, & adolescentes corrumpis gulosissime & impudentissime. At ne arrepta fuga priùs discedas, quàm à me plagas acceperis. Nam te quovis scelere contaminatum, jam hac testa frangam. *Iup.* Alter, ô Dii ridens abit: alter sequitur affatim ingerendo convitia, Damidem deridentem non ferens, & videtur ipsi testam in caput impacturus. Verùm nos quid hoc in negotio faciemus? *Merc.* Illud mihi rectè dixisse videtur Comicus, Nihil passus es mali, si tibi non attribuas. Etenim quàm ingens est malum, si pauci homines in hanc sententiam adducti abeunt? Sunt enim multi, & plures quàm Græci, qui in contrariam eunt, vulgus, plebs, barbarique omnes. *Iup.* At, O Mercuri, præclarum est illud, quod de Zopyro dixit Darius. Quare & ipse mallem, unum, hujusmodi, qualis est Damis, auxiliatorem habere, quàm sexcentis Babylonibus imperare.

ΟΝΕΙΡΟΣ, Η ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ.

SOMNIVM, SEV GALLVS.

ARGVMENTVM.

Hoc dialogo, divitiarum, atque Potentiæ incommoda, molestiasque persequitur, ostendens, quàm contra tranquilla res pauperis sit, si modo sit sorte sua contenta. Facit autem hoc veluti collatione qua-

quadam. Nam in priore quidem parte dialogi, Micyllus, somnium exponendo suum, Eucratis cujusdam opulenti, cœnas, divitias, luxum, & quæcunque vulgo speciosa, & expetenda videntur extollit, adjecto etiam encomio auri, tum exemplis, tum ab effectu & usu & cæteris amplificato. In posteriore autem parte Gallus, qui ex Pythagora, in avem transformatus, cum hero suo Micyllo colloquens introducitur, divitum; cum privatorum ac civium, tum regum atque potentum molestias, curas & pericula recenset, quæ illis & belli & pacis temporibus, præterea etiam circa valetudinem, quam luxus & crapula ista labefactant, accidere solent, additis etiam exemplis ejus rei, & hypotyposi quadam, dum fingitur idem vi pennarum suarum reseratis adium foribus, ad ipsas divitum cellas, Micyllum perducere, & coràm illa, quæ verbis narraverat, spectanda exhiberi. Interim Lucianus absurdas Pythagoræ transformationes sugillat, & Stoicorum fastum carpit, qui quanquam nec publicis, nec privatis hominum conversationibus sunt idonei, frivolis in rebus sapientiam affectant, & officiorum observantes videri volunt.

ΜΙΚΥΛΛΟΣ. | MICYLLVS.

Ἀλλά σε ὦ κάκιστε ἀλεκτρυών, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἐπιτρέψειε, φθονερὸν ὄντα, καὶ ὀξύφωνον ὄντα. ὃς μὲ πλουτοῦντα, καὶ ἡδέως ὀνείρῳ ξυόντα, καὶ θαυμασίην εὐδαιμονίαν εὐδαιμονοῦντα, ἀφυπερόν τε, καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας, ἐπήγειρας, ὡς μὴ ἢ νύκτωρ γε τὴν πολὺ σὲ μιαρωτέραν πεινῆν ἀφφύξωμι. καίτοι εἴγε χρὴ πικραίρεσθαι τῇ τε ἡσυχίᾳ, πολλῇ ἔτ᾽ οὔσῃ, καὶ τῷ κρύῳ, μηδέπω με τὸ ὀρθρινὸν ὥσπερ εἰώθειν ἀποκναίσαντι. γνώμων γὰρ ἔτ᾽ ἀψοῦδὲς ἐστός μοι, ἀποσελαωούσης ἡμέρας. εὐδέπω μέσαι νύκτες εἰσίν. οὐδὲ, ἄϋπνος ὅτος, ὥσπερ τὸ χρυσοῦν ἐκεῖνο κώδιον φυλάττων αὐφ᾽ ἑσπέρας οὔθ᾽ ἥδη κέκραγε, ἀλλ᾽ ἔτι χαίρουσιν. ἀμυνάμην γὰρ οὔθ᾽ ὅτε, ἢν μόνον ἡμέρα γένηται, σωτείβων τῇ βακτηρίᾳ.

Ast te sceleſtiſſime Galle, cum iſta tanta invidentia, vocéque tam acuta ipſe perdat Iupiter: qui quidem opibus affluentem me, & dulciſſimo in ſomnio verſantem, & admirabili fœlicitate fruentem, penetrabile quiddam & clamoſum reſonans expergefeceris, adeò ut ne noctu quidem effugere liceat paupertatem, vel te ipſo nequiorem. Atqui ſi conjectandum eſt, tum è ſilentio: quod etiamdum ingens eſt, tum è frigore, à quo nondum, ut aſſolet antelucano mordeor (nam hic mihi certiſſimus gnomon adventantis diei) nec dum eſt media nox. Sed iſte pervigil, quaſi vellus illud aureum ſervet, ab ipſa protinus veſpera vociferari cœpit: verùm non impunè laturus. Nam de te mox pœnas ſumam, & fuſte comminuam, ſimodo dies illuxerit:

νῶ γό. [1] μοι παράδειγμα παρίξεις, ἀναπηδῶν ἐκ τοῦ σκότου. Αλε. Μίκυλε δίκαιός εἰμι, ὦμέλλόν τι χαριεῖσθαί σοι, φθάσαν τὴν νύκτ' ὁπόσον δυνατόν μοι, ὡς ἔχοις ἐργάζεσθαι τὰ πολλὰ τῶν ἔργων. ἢν γὰρ πρὶν ἀνατεῖλαι ἥλιον μίαν κρηπῖδα [2] ἐργάσῃ, κερδὸς ἔσῃ τοῦτο εἰς τὰ ἄλφιτα κεκτημένος. εἰ δέ σοι κνηδόδιον ἥδιον, ἐγὼ μὲν ἡσυχάσομαί σοι, καὶ πολὺ ἀφωνότερος· ἴσθι μοι τοῦτο ἰχθύων. σὺ δ' ὅρα ὅπως μὴ ὄπερ πάλαι, λιμώττῃς ἀνεγρόμενος. Μι. ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ Ἡράκλεις ἀλεξίκακε, τί τὸ κακὸν τοῦτό ἐστι; ἀνθρωπίνως ἐλάλησεν ὁ ἀλεκτρυών. Αλε. εἶπέ σοι τέρας εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, εἰ ὀμόφωνος ὑμῖν εἰμι; Μι. πῶς γὰρ οὐ τέρας; ἀλλ' ἀπότρεπε ὦ θεοὶ τὸ δεινὸν ἀφ' ἡμῶν. Αλε. σύ μοι δοκεῖς ὦ Μίκυλε, κομιδῇ ἀπαίδευτος εἶναι, μὴ ἠπιστηκέναι τὰ Ὁμήρου ποιήματα. ἐν οἷς ὁ τοῦ Ἀχιλλέως ἵππος ὁ ξάνθος μακρὸν χαίρειν φράσας τῷ χρεμετίζειν, ἔφηνεν ἐν μέσῳ τῷ πολέμου ἀλαλαγμῷ, ἵππ ὄλα ῥαψῳδῶν. ἐγὼ νῶν, ἄνδρ

rit: siquidem nunc in tenebris subsiliens, negotium mihi facesseres. *Cal.* Here Micylle equidem arbitrabar, me tibi rem gratam facturum, si quoad possem alta nocte lucem antevertissem, quò posses ante diluculum surgens, multum operis conficere. Etenim si priusquam sol exoriatur, vel unicam feceris crepidam, isthuc laboris lucro tibi accesserit ad parandum victum. Quod si tibi magis libet dormire, equidem tuo arbitratu quiescam, & longè magis quàm [3] pisces mutus ero. Cæterùm tute videto, ne [4] per somnium dives, esurias experrectus. *Mic.* [5] O prodigiorum averfor Iupiter! ô malorum depulsor Hercules! quid hoc mali est? vocem humanam sonuit Gallus. *Gal.* Hoccine prodigium tibi videtur, si eadem qua vos lingua loquar? *Mic.* Quid? annon hoc portentum? sed avertite Dii malum à nobis. *Gal.* Tu mihi admodum indoctus videris Micylle, nec Homeri poëmata legisse, in quibus Xanthus [6] Achillis equus, cum hinnitui longum vale dixisset, medio in prœlio constitit differens, totosque versus recitans: non ut ego nunc prosa ora-

1 *Μὴ παράδειγμα παρίξεις*] Casau. ad Suet. Sic de Luctu. *Bourd.*

2 *Ἐργάσῃ, κερδὸς ἔσῃ τοῦτο εἰς τὰ ἄλφιτα*] Aliter in Flor. Cod. ἐργ. Ἢν ἐδίης τὰ ἄλφιτα. Idem.

3 *Pisces mutus*] Arist. 2. de anima adimit omnibus piscibus vocem, excepto Scapho & Porco fluviatili. Veteres autem quemvis piscem vocabant ἄλοπα, quod vocem edere non posset. Vnde Plutarc. in Sympofiac. & Athen. existimant Pythagoricos à piscibus abstinuisse ob ἀχεμωθίαν. Cogn.

4 *Per somnium dives*] Simile protulit Cic. in Saluft. Pastor quidam apud Theocr. in Eclog. 9.

ἔχω δέ τοι ἔσω ἐν ὀνείρῳ
Φαίνοντ' αἰ, πολλὰς μὲν ὀΐς πολλὰς δὲ χιμαίρας.
Possideo quæcunque solent sub nocte videri
In somnis, vim magnam ovium multasque capellas. Idem.

5 *O prodigiorum*] Τεράστιε Ζεῦς Sophocl. in Oedip. Epicolon. Ζεῦ ἀλάξεπορ τῆς ἀπὸ φάσεως. Hesychius ait τερασίους θεοὺς Deos esse signorum ac prodigiorum effectores. *Idem.*

6 *Achillis equus*] Iliad. τ. in fine. *Idem.*

τ μίτρων, ἀλλὰ ἐ ἐμαντεύετο ἀνθρώποις, καὶ τὰ μέλοντα προεθέσπιζεν, καὶ οὐδὲν ἦν παράδοξον ἰδεῖν ποιοῦν, οὐδὲ ὁ ἀκίων ἐπικαλεῖτο, ὥσπερ σὺ τὸν ἀλεξίκακον, ἀποτρόπαιον ἡγούμενος τὸν ἄκυρον. καίτοι τί ἂν ἐπέπρασας, εἰ σοι ἡ τοῦ ἀργοῦς τρόπις ἐλάλησεν, ὥσπερ ποτὲ ἡ φηγὸς ἐν Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύετο; ἢ εἰ βύρσας εἶδες ἑρπούσας, καὶ βοῶν κρέα μυκωμένα, ἡμίοπτα καὶ ἕφθα, ὥσπερ παράδοξα τοῖς ὀδοῦσιν; ἐγὼ δ', Ἑρμῆ πάρεδρον ὄν, λαλιστάτῳ, καὶ λογιωτάτῳ θεῶν ἁπάντων, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοδίαιτος ὑμῖν, καὶ συμπότης, οὐ χαλεπῶς ἐμελλον σχήσεσθαι τὴν ἀνθρωπίνην φωνήν. εἰ δ' ἐκμυθήσειν ὑπεσχόμην, σὸν ἂν ὀκνήσαιμί σοι τὴν ἀληθεστέραν αἰτίαν εἰπεῖν τοῦ ὡς ὑμᾶς ὁ μορφοῦσθαι, καὶ ὅτι ὑπάρχει μοι ὑπὲρ λαλεῖν. Mi. ἀλλὰ μὴ ἕτερος ἐ τοιοῦτός ἐστιν, ἀλεκτρυὼν ὑπὲρ ὡς ἐμὲ ἀφελεῖσθαι; εἶτα δ' οὐ πρὸς Ἑρμοῦ ὦ βέλτιστε, ὅ, τι ἐ ἄλλο σοι τὸ φωνῆς αἴτιον. ὡς δ' ἐπιστήσομαι, καὶ ὡς ἀδίκως ἐρῶ, τί σε χρὴ δεδιέναι; τίς γὰρ ἂν πιστεύσειέ μοι, εἴ τινι διηγοίμην ὡς ἀλεκτρυόνος

oratione loquens. Quinetiam vaticinabatur ille, deque futuris edebat oracula, & nihil incredibile facere videbatur. Neque is qui tum audiebat, malorum averſorem, ut tu, implorabat: ratus ſe rem averſandam audiviſſe. At quid feciſſes, ſi tibi navis [1] Argoæ carina locuta fuiſſet, uti olim in Dodonæa ſylva fagus per ſe loquens oracula edebat? aut ſi tergora directa ſerpere vidiſſes: ſi carnes boum mugire ſemiaſſas, coctáſque verubus transfixas? Ego verò cùm Mercurii ſim aſſeſſor loquaciſſimi, Deorúmque omnium facundiſſimi, præterea veſter contubernalis & convictor, non difficile mihi fuit linguam humanam addiſcere. Quòd ſi mihi pollicearis ſilentium, non pigebit me veriorem tibi cauſam aperire, cur eadem qua vos lingua loquar, & unde mihi ſuppetat hæc loquendi facultas. *Mic.* Sed nunquid ſomnium iſta ſunt, quòd me ſic alloquitur Gallus? Sed dicito per Mercurium ô præclare, quænam alia tibi ſit cauſa cur loquaris. Nam ut taceam, neque cuiquam proferam, quid attinet te ſolicitum eſſe? Quis enim fidem mihi ſit habiturus, ſi cui narrem me Gallum hæc loquen-

1 *Argoæ*] Dicitur fuiſſe prima navis in qua Iaſon cum 54. Heroibus Theſſalis navigavit Colchos ad rapiendum vellus aureum, dicta ab ejuſdem nominis artifice, alii ab ἄργος quod eſt velox. Facta eſt ex arboribus Dodonæ ſylvæ Epyri Iovi ſacræ quibus olim oracula reddebantur: unde poëtæ finxerunt hanc navem fuiſſe vocalem Apoll. lib. 4. Argon. *Cogn.*

2 Εἰ βύρσας εἶδες ἑρπούσας, καὶ βοῶν κρέα μυκώμενα, ἡμίοπτα, καὶ ἕφθα, ὥσπερ παράδοξα τοῖς ὀδοῦσιν] Nihil ad hunc locum Gilbertus Cognatus commentator, qui tamen de Argus navis carina & Dodonæ querculatis multa, quæ omnibus nota ſunt. Non venit illi in mentem locus Homeri, ad quem hoc loco alluſit Lucianus Odyſſ. μ.

Τοῖσιν δ' αὖτις ἔπειτα θεοὶ τίθεσαν, φρούφαιον,
Εἴρπον μὲν γὰρ βοῦς, κρέα δ' ἀμφ' ὀστεόφιν ἐμέμυκε
Ὀπταλέα τε καὶ ὠμά, βοῶν δ' ὡς γίγνετο φώνη.

Id portentum nempe factum eſt, quando Vlyſſis ſocii fame coacti ſolis boves mactavere. *Palm.*

1 Ha-

καὶ οὐπώποτε ἀκηκοώς; Αλε. ἄκουε τοίνυν. [1] Παραδόξοτατόν σοι λόγον ἐρῶ σήμερον ὅπ λέγω ὦ Μίκυλλε. ἐμοὶ γὰρ ὁ νῦν σοι ἀλεκτρυὼν φανόμενος, οὐ πάνυ πολλοῦ ἄνθρωπος ἦν. Μι. ἤκουσά π ἐγὼ πάλαι τοιοῦτον ἀμέλει καὶ ὑμῶν, ὡς ἀλεκτρυών τις νεανίσκος, φίλος ἦν τοῦ Ἄρεως, καὶ συμπίνοι τε τῷ θεῷ, καὶ συγκωμάζοι, καὶ κοινοῖτο τῶν ἐρώτων. ὁπότε γὰρ ἀπίοι παρὰ τὴν Ἀφροδίτην μοιχεύσων ὁ Ἄρης, ἐπαγόμενος τὸν ἀλεκτρυόνα. καὶ ἐπειδήπερ μέλλοι τὸν ἥλιον ὑφορᾶσθαι, μὴ κοιμῷτο, ἐγείρει πρὸς τὴν Ἕωσφορον, ἵνα πρὸς πᾶσι θύρασιν ἀπολείπειν ἀεὶ τὸν νεανίσκον, μιμούμενος ὁπότε φαίνοι ὁ ἥλιος. εἶτα ποτὲ κοιμηθέντα μετὰ τῆς ἀλεκτρύονος, καὶ παρορμήσαντα τὸν φρουρὸν ἄκριτα. τὸν μὲν ἥλιον λαθόντα, ἐπιπηδᾷ τῇ Ἀφροδίτῃ, καὶ τοῦ Ἄρεως ἀφεδρεύοντος ἀναπαυομένῳ, ἅμα τῷ πεσεῖν τὸν ἀλεκτρύονα μιμοῦσαι ἐν, εἴ τις ἐπίοι. καὶ ὅπως τὸν Ἥφαιστον παρὰ ἥλιον μαθόντα, συλλαβεῖν αὐτούς, περιβαλόντα, καὶ σαγηνεύσαντα τοῖς δεσμοῖς, ἃ πάλαι μεμηχάνητο ἐπ' αὐτούς. ἀφεθέντα δ', ὡς ἀφεῖτο, τὸν Ἄρεα ἀγανακτῆσαι καὶ τὸν ἀλεκτρύονα, καὶ μεταβαλεῖν αὐτὸν εἰς τοῦτο τὸ ὄρνεον αὐτοῖς ὀπαδόν, ὡς ἀντὶ τοῦ κήρυκος, τὸν λόφον ἔχειν ἐπὶ τῇ περιφαλαίᾳ. Διὰ τοῦτο ὑμᾶς ἀπολογουμένους τῷ Ἄρει ὅτ' οὐδὲν ὄφελον. ἐπισθόντα δ' αὖθις ἀναπεῖσαι τὸν ἥλιον, πρὸ πολλοῦ βοᾶν, ἐπιμηκυνομένους τὴν ἀναβολὴν αὐτοῦ. Αλι. φασὶ μὲν οὖν τοῦτο ὦ Μίκυλλε. τὸ δ' ἐμὸν, ἐπεργῖον τι ἐγήγερται, καὶ πάνυ ἔναγχος εἰς ἀλεκτρύονα σοι μεταβέβηκα. Μι. πῶς; ἥδομαι γὰρ τοῦτο μάλιστα εἰδέναι.

loquentem audiviſſe? *Gal.* Audi igitur Micylle, rem tibi ſat ſcio incredibilem dicturum. Hic enim qui tibi gallus nunc videor, non ita pridem fui homo. *Mic.* Profectò & olim neſcio quid de vobis inaudieram, Adoleſcentulum quendam fuiſſe Gallum Martis adamatum, atque hunc Deo compotaſſe, colluſitaſſeque, & in voluptatibus geſſiſſe morem. Itaque cùm Venerem adiret Mars cum ea concubiturus, hunc quoque gallum unà ſecum adduxiſſe. Quoniam autem ſolem potiſſimùm metueret, ne ſi id è ſublimi conſpexiſſet, Vulcano ſe proderet, foris ad oſtium adoleſcentem relinquere ſolitum, qui ſolis ortum indicaret: deinde Gallum aliquando ſomno correptum, excubias deſeruiſſe neſcientem: ſolemque nullo præſentiente, imminuiſſe Veneri & Marti ſecurè dormienti, propterea quòd conſideret Gallum, ſiquis interveniret, indicaturum. Itaque Vulcanum à Sole edoctum, eos comprehendiſſe, implicitos & irretitos vinculis, quæ jam olim in illos fuerat fabricatus. Porrò Martem ſimul atque dimiſſus eſt, indignatum adverſus Gallum fuiſſe, eumque in avem hanc mutaſſe, iiſdem armis, ut in capite pro galea criſtam haberet. Ideo ut Marti vos purgetis, quum jam nihil opus, ſimul atque ſolem exorientem ſenſiſtis, multò antè vociferari, atque illius exortum prænunciare. *Gal.* Hæc quidem aiunt, Micylle: verùm mei diverſa eſt ratio, atque adeò nuperrime in avem tranſivi. *Mic.* Quonam modo? Nam iſthuc maximopere cupio cognoſcere. *Gal.*

[1] Παραδόξοτατόν σοι λόγον ὅπ λέγω] In Flor. Cod. deeſt λόγον. Sed ſimilibus originationibus gaudere Lucianum ſupra monui. *Bourd.*

Αλ. οἶδα ἔγωγε τὸ Πυθαγόρου Μνησαρχίδην Σάμιον; Μι. τὸ σοφιστὴν λέγεις; τὸ ἀλεκτρυόνα; ὃς σὺν μηδὲ τῷ μήτε κριοῦ γεύεσθαι, μήτε κυάμους ἐσθίειν, ἡδίστου ἐμοὶ γε ὄψου, σκορόπιζον, ἄπεπον ἀποφαίνων. ἔπειθε δὲ πείθων τοὺς ἀνθρώπους εἰς πέντε ἔτη μὴ λαλεῖν αὖθις. Αλε. ἴσθι δῆτα κἀκεῖνο, ὡς πρὸ δ' Πυθαγόρου, Εὐφορβῶν ἦν ποτε. Μι. γάμπα φασὶ, καὶ περατηγὸν τὸν ἄνθρωπον ὁ ἀλεκτρυών. Αλε. Ἐκεῖνόν αὐτὸς ἐγώ σοι εἰμὶ ὁ Πυθαγόρας. ὥστε παῦε ὦ ἀγαθὲ, λοιδορούμενός μοι. καὶ ταῦτα, σὺκ εἰδὼς οἵος τις ἦν τὸν τρόπον. Μι. τῦτ' οὖν μακρῷ σκαιότερα περατηδέστερον, ἀλεκτρυὼν φιλόσοφον; εἰπὲ δ' ὅμως ὦ Μνησάρχη παῖ, ὅπως ἡμῖν, ἀντὶ μὲν ἀνθρώπου, ὄρνις, αὖτις δ' αὖ μῖς, πανταχοῦ ἀναπέφηνας. ἀπιστικὸν γὰρ τοῦτο, κἀδὲ πάνυ πιστεῦσαι ῥᾴδιον. ἐπεὶ δ' δύο ἤδη μοι πεπηκότε δεκὰν πάνυ ἀμείνονα σὲ σοὶ δ' Πυθαγόρου. Αλ. τὰ ποῖα; Μι. ἐν μὲν, ὅτι λάλος εἶ, καὶ κρεμικός. ὁ δὲ, σιωπᾶν ἐς πέντε ὅλα ἔτη οἷμαι παρήνει. ἕτερον δὲ, καὶ παντελῶς παράνομον, ἃ γὰρ ἔχων ὁ, τί σοι δοκεῖ λοιμὲ, κυάμους χρὴς ὡς οἶδα ἔχων, ἦκον. καὶ σὺ ἀδὲν μελήσας, ἀνέλεξας αὐτούς. ὥστε ἢ

Gal. Audistin' de Pythagora quodam [1] Mnesarchida Samio. *Mic.* Sophistam illum dicis? superbum? [2] qui instituit nequis vel [3] carnes gustaret, vel fabas ederet, suavissimum mihi edulium, salubre & & parabile à mensa submovens. Præterea qui mortalibus suasit, ne per quinquennium loquerentur. *Gal.* Id scias etiam, hunc priusquam Pythagoras esset, [4] Euphorbum fuisse. *Mic.* Præstigiatorem & prodigiorum artificem hominem aiunt fuisse ó Galle. *Gal.* Ille ipse ego sum, Pythagoras. Quare desine quæso mihi convitiari, præsertim cùm ignores quibus sim moribus. *Mic.* At hoc rursum, multò quàm illud portentosius, Gallus philosophus? Attamen expone Mnesarchi gnate, qui factum sit ut ex homine avis, ex Samio [7] Tanagræus repente nobis apparueris. Neque enim ista verisimilia, neque omnino creditu facilia: quandoquidem duas quasdam res jam in te mihi videor animadvertisse, à Pythagora prorsus alienas. *Gal.* Quas? *Mic.* Alteram, quòd garrulus es, & clamosus, cùm ille silere in quinque annos integros, puto præceperit. Alteram, quæ cum ejus legibus planè pugnat. Equidem cùm non haberem, quod tibi objicerem, fabas heri, ut scis, tibi attuli, quas tu nihil cunctatus collegisti. Quo fit ne-

1 *Mnesarchida*] Samii Mnesarchii annulorum sculptoris, de quo Laert. *Cogn.*

2 *Qui instituit*] De disciplina Pythagorica Gell. lib. 1. c. 9. lib. 4. c. 11. Ovid. lib. 15. Met. *Idem.*

3 *Carnes gustaret*] Senec. Epist. 19. *Idem.*

4 *Euphorbum*] Nobilis Trojanus Iliaco in bello, à Menelao occisus, cujus animum Pythagoras in se immigrasse affirmabat. Ovid. lib. 15. Met. *Idem.*

5 Ἐκεῖνος αὐτὸς] Paraphrasis est hujus versus:

Ἐκεῖνος ἅπος εἰμὶ λοιδορεῖ ὃ μοὶ. Bourd.

6 Τῦτ' οὖν μ. s. τερατωδέστερον] In Flor. Cod. ταῦτα μ. s. τερατωδέστερα. Idem.

7 *Tanagræus*] A Tanagra Bœotiæ mediterraneæ urbe de qua Ptolom. lib. 3. c. 5. Plin. lib. 10. c. 2. *Cogn.*

ἰψῦδαί σοι ἀνάγκη ἓ ἄλλο εἶναι, ἢ Πυθαγόρᾳ ὄντι παραπεμπικέναι, καὶ τὸ ἴσον ἠπεθηκέναι, κυάμους φαγόντα, οὐ ὤν, εἰ τὴν κεφαλὴν ἓ πατρὸς ἐβρόσεις. Αλε. ὁ γὰρ εἰδὼς οὐ Μίκυλλε, ὅτις αἰτία τούτων, ἀλλὰ παντοφορᾳ ἐκέτῳ βίῳ. ἐγὼ γ', ὅτε μὲν ὦν ἡδιον ἓ κυάμων. ἐφιλοσόφουν γάρ. νυνὶ δ', φάγομαι ἄν. ἐριθικὸν γὰρ, καὶ οὐκ ἀποβρηθὲς ἡμῖν ἡ τροφή. ἀλλ' εἴ σοι φίλον, ἄκουε, πῶς οὐκ Πυθαγόρου τοῦτο νυνὶ εἰμι, ἀλλ' οὐ ὅσοις πρότερον ἐβιώτευσα βίοις, καὶ ἅττινα ἓ μεταβολὴν ἐπελήλαυκα ἐκείνης. Μι. λέγοις ἄν, ὡς ἥμοιγε ὑπερήδιστον ἂν τὸ ἄκουσμα γένοιτο. ὥστε εἴ τις ἄρτι σοι φαίη, πότερον μᾶλλον ἐθέλοις σὺ ἀκοῦσαι τὰ τοιαῦτα διεξιόντος, ἢ τὸν παιδαριώδη ὄνειρον σοῦ ἐκεῖνον αὖθις ἰδεῖν, τὸ μικρὸν ἔμπροσθεν, οὐκ οἶδ' ὁπότερον ἂν ἐλοίμην. ὅτῳ οἰκεῖα ἡ γλῶττα τὰ σὰ τοῖς ἡδέσι φρονεῖν. καὶ σὺ ἴσῃ τιμῆ ἡμᾶς ἄγων, σί τε, καὶ τὸ πολυλίμβην σύστημα. Αλε. ἔτι γὰρ σὺ ἀναπιμπάζῃ τὸ ὄνειρόν, ὅστις ποτὲ ὁ φαντὸς σοι ἦν, καί τινα ἐνδιαλαμβάνῃ μόσια ἀμφυλάττεις, κεινὸν, καὶ ὡς ὁ ποιητικὸς λόγος, ἀμβρωσίην τινὰ δύδαιμονίαν τῇ μνήμῃ μεταδιδάσκων; Μι. ἀλλ' ἐοίκ' ἐπιλησομαί ποτε ὧν ἀλεκτρυὼν, εὖ ἴσθι τὸ ὄψεως σκότος. ὥστε μοι πολὺ τὸ μέλι οὐ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁ ὄνειρος κηλαλιπὼν, ἄχθος, ὡς μόγις ἀνοίγειν τὰ βλέφαρα ὑπ' αὐτῷ, εἰς ὕπνον αὖθις κηλαπάμβρα. οἷον ὅν οὐ τοῖς ὦσι τὰ πτερὰ ἐργάζεται τρεφόμενα, τοιοῦτον χάρμαλον παρεῖχέ μοι τὰ ὁράματα. Αλε. Ἡράκλεις, δαιμόνιόν τινα φῂς τὸ ἔρωτα τὸ σύνοιδα, necessario, vel ut mentiaris & alius sis, vel si sis Pythagoras, legem violaveris, & æquè impiè te gesseris, comedendo fabas, ac si patris caput comedisses. *Gal.* Nescis Micylle quænam sit hujusce rei causa: neque quæ ad unumquodque vitæ genus conducant. Ego tum quidem non esitabam fabas, quum eram philosophus. At nunc edo: avi enim convenit, neque prohibitum est nobis hoc edulium. Verum nisi molestum est, audi quemadmodum in hoc quod nunc sum, ex Pythagora transivi, quamque multis in vitæ generibus vixerim: & quid ex unaquaque transformatione sim consecutus. *Mic.* Narra quæso: nam id mihi fuerit auditu jucundissimum. Adeò ut siquis mihi deferat optionem, utrum te ista narrantem audire malim, an fœliciſſimum illud somnium, quod paulò ante vidi, denuo videre, haud sciam utrum electurus sim, usque adeò cognata germanaque puto esse ista tua cum suavissimis illis visis, & ex æquo vos æstimo, te pariter & pretiosum illud insomnium. *Gal.* Etiamnum tu somnium illud, quod dudum tibi visum est, in animum revocas, & inania quædam observans simulachra, atque (uti loquuntur poëtæ) evanidam quandam fœlicitatem memoria consectaris? *Mic.* Imò illud scias Galle, me illius visi nusquam oblituram: tantum mellis in oculis somnium aufugiens mihi reliquit, unde vix queam palpebras attollere, rursus in somnum coëuntes. Itaque qualem voluptatem movent pennæ in auribus versatæ, talem titillationem mihi præbent ea quæ vidi. *Gal.* Novum hercle mihi narras insomnii amorem,

Ἐγὼ πλοῦτος ὢν, ὡς φασι, καὶ ὄρος ἔχων τὸ πλήσιον τὸ ὑπὸν ὑπὲρ τὰ ἰσχαμβρία ἤδη πηδᾷ, καὶ σοδιτείου ἀντιλάμπει τοῖς ὀφθαλμοῖς, μελιχρὸς ὅτω, καὶ σικερᾶς φαινόμενος. ἡδὺ γὰρ ἀκοῦσαι οἷός τίς ἐστι, ὅτω σοι τοιαῦτ' ἐγένετο ὄναρ. Mi. ἐπιμὰς λέγειν. ἡδὺ γὰρ τὸ μεμνῆσθαι, καὶ διηγήσαιτ' ἂν περὶ αὐτοῦ. σὺ δ' ἤνικα ὦ Πυθαγόρα, διηγήσῃ τὰ περὶ τὴν μεταβολήν; Αλε. ἐπιθυμεῖς σὺ ὦ Μίκυλε, παύσῃ ὀνειροπολῶν, καὶ ἀπόψῃ ἀπὸ τῶν βλεφάρων τὸ μέλι. τὸ γοῦν δ', ὥσπερ εἰπὶ, ὡς μάθῃς εἴτε διὰ τῶν ἐλεφαντίνων πυλῶν, εἴτε διὰ τῶν κερατίνων σοι ὁ ὄνειρος ἦκε πίθηται. Mi. ἀλλὰ δὶ ἑτέρας τούτων ὦ Πυθαγόρα. Αλε. καὶ μὰ Ὄμηρον δύο γοῦν μόνας λέγει. Mi. ἆρα χαίρειν τὸν λῆρον ἐκεῖνον ποιητὴν, ἀδὴν εἰδέναι ὀνείρων ὄχλον. οἱ πίνητες ἴσως ὄνειροι, διὰ τῶν τοιούτων σκοπεῖσθαι, εἴως ἐκεῖνο ἐώρα, ἀδὲ πάνυ σαφῶς, τυφλὸς αὐτὸς ὤν. ἐμοὶ δ' διὰ χρυσῶν τινῶν πυλῶν ὁ ἡδὺς ἐφίκετο, χρυσὸς ἐ αὐτὸς, καὶ χρυσοῦ πάνυ ἐμβεβλημένος, καὶ πολὺ ἐπαγόμενον χρυσίον. Αλε. παῦε ὦ Μίδα βέλτιστε, χρυσολογῶν. ἀπεχθῶς γὰρ ἐκ τοῦ ἐκείνα σοι ὄχθος τὸ σύνταιον. καὶ μέτακλα ὅλα χρυσίς κεκημίαται μοι δοκεῖς. Mi. πολὺ ὦ Πυθαγόρα, χρυσίον εἶδον, πολύ. πῶς οἴει, καλὸν, οἷον τὴν αὐγὴν ἀπαστράπτον. τί ποτε ὁ Πίνδαρος

siquidem alatum cùm sit, ut ajunt, metasque volandi præscriptas habeat somnium, jam septa transilit, in apertis etiam oculis obversans, adeò mellitum & evidens apparet. Quare pervelim audire cujusmodi sit istud, quod te supra modum delectat. *Mic.* Gestio narrare: nam dulce est hoc ipsum meminisse, & commemorare de illo quippiam. Tu verò Pythagora quando narrabis tuas transformationes? *Gal.* Vbi tu Micylle desieris somniare, melque illud ab oculis absterseris. Interim prior dicito, ut intelligam, utrum per portam eburneam, an per corneam tibi somnium advolarit. *Mic.* Per neutram Pythagora. *Gal.* Atqui has duas tantùm nominat Homerus. *Mic.* Valere finas nugatorem illum poëtam, qui nihil de somniis intellexit. Inopia forsan somnia per istas commeant portas, qualia videbat ille, neque id admodum perspicuè quippe qui captus oculis. Mihi verò per aureas quasdam portas jucundissimum hoc advenit insomnium, & ipsum aureum, & aureis undique circumamictum, aurique multum adducens. *Gal.* Define Mida optime de auro fabulari. Nam procul dubio, ex illius voto, istud tibi accidit insomnium, & solidas auri venas mihi videris adduxisse. *Mic.* Multam auri vim vidi Pythagora, multam, quàm putas pulchri? quo fulgore coruscantis? Quid tandem Pindarus in illius

1 Εἴγα πλοῦτος ὢν] Τροσωλοικον, ut etiam mox illa μελιχρὸς ὅτω καὶ σικερᾶς φαινόμενος, &c. Neque dixeris hæc referri ad vocem ἰρωτα, disconvenit enim. Planè quidem hoc Luciani festinantis, & de re ipsa magis quàm dictione cogitantis, παρεσαμα. *Marcil.*

2 *Atqui has duas* | Homer. Odyss. τ.

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων.

Virg. 6. Æn. *Sunt geminæ somni portæ*, &c. *Cogn.*

1 Ὅσαι

visus est æreus: mox inclinante se paululum illo, aureus conspicitur: & rursum quod ad solem cæruleum apparuit, si obumbretur, viride videtur: sic ad lucis mutationem mutatur pennarum ornatus. Quòd autem & mare idoneum est ad provocandum, & ad cupiditatem concitandam, quando tranquillum apparet, ipsi icitis, etsi non dicam: quandoquidem etsi quis procul in continenti habitet, sitque navigationis imperitus, nihilominus & ipse illud ingredi cupit omnino, & circumnavigare, & procul à terra in altum trahi, in primis si auram videat, velum à tergo leniter prosequentem: navem autem placideque ac læviter per summos paulatim fluctus labentem. Proinde etiam hujus domus pulchritudo idonea satis est ad provocandas orationes, & excitandum dicentem, eumque modis omnibus reddendum celebrem. Itaque his credo, & jamdudum persuasus sum, & in domum dicendi gratia ingressus sum, pulchritudine ipsius veluti rhombo, aut Sirene tractus: spem haud exiguam habens, etiamsi antehac orationes meæ deformes fuerint, pulchras visum iri, perinde ac veste aliqua pulchriore exornatas. Cæterum altera quædam oratio haudquaquam ignava, sed valdè generosa, ut ait, inter loquendum me interpellabat, & sermonem interrumpere conabatur: & postquam dicendi finem feci, vera negavit à me dici: se autem mirari, ait, si dicam domus pulchritudinem, picturis & auro exornatam, aptiorem esse ad orationes habendas. Nam contrarium evenire. Quin potiùs si videtur, ipsa

1 Ὡς φησι, καὶ μειρακιῶδης] Ὡς φησι ἐ μειρακιῶδης. Marcil.

τὸς παρελθὼν ὁ λόγ☙ ὑπὲρ ἑαυτῦ, καθάπερ ἐν δικασταῖς ὑμῖν, εἰπάτω ὅπῃ λυσιτελέστερον ἡ χεῖτον τὴν οἰκίαν δυσπρόσοπον εἶναι, καὶ ἀμορφοτέραν. ἐμοὶ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐδὲν δέομαι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν. ὁδὶ, παρελθὼν ἤδη λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι, καὶ παρὸς ὀλίγον αὐτῷ μεζαήσομαι. ἄνδρες τοίνυν δικασταί, φησιν ὁ λόγ☙, ὁ μὲν πρόσθεν ῥήτωρ, πολλὰ & μεγάλα τοῦδε τοῦ οἴκου ἐπῄνεσε, & τῷ ἑαυτῦ λόγῳ ἐκόσμησεν. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω ψόγον αὐτῷ διεξελθεῖσθαι, ὥστε & τὰ ὑπ' ἐκείνου παραλελειμμένα προσθῆσαι μοι δοκῶ. ὅσῳ γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷδε ἐναντιωτέρως τῇ τοῦ λέγοντ☙ χρείᾳ διαχθήσεται. καὶ πρῶτόν γε ἐπειδὴ γυναικῶν, καὶ κόσμου, & χρυσοῦ ἐκείν☙ ἐμνημόνευσε, κἀμοὶ ἐπιτρέψατε χήσασθαι τῷ παραδείγματι. φημὶ γὰρ ἐν & γυναικὶ καλαῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν εἰς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ & ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸ πολυτελὲς, ὁπόταν τις ἐντυγχάνοντα ἴδῃ & ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ & τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπεπλαγμένα, αὐτὴ δὲ ἐπαινεῖν ἢ χρόαν, ἢ βλέμμα, ἢ διαβολὴν, ἢ πῆχυν, ἢ δάκτυλον. ὁ δὲ, πολὺ ἀφεὶς, εἰς τὸ σαρδὸν, ἢ τὸ σμάραγδον, ἢ τὸ ὅρμον, ἢ τὸ ψέλλιον ἀποβλέπῃ, ὥστε ἄχθοιτο ἂν εἰκότως παρορωμένην, ἀφ' τὸν κόσμον, ὃν αὐτὸς ἐκτήσατο, ἀλλὰ παρεργον αὐτῆς ποιεῖσθαι τὸν ἄνδρα. ὅπερ ἀνάγκη οἶμαι πάσχειν & τὸν ὄντα καλοῖς ἔργοις λόγους δεικνύοντα. λανθάνει γὰρ ἐν τῷ μεγέθει τοῦ καλοῦ τὸ λεχθὲν, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ συναρπάζεται, καθάπερ εἰ λύχνον τις εἰς πυρκαϊὰν μεγάλην φέραν ἐμβάλοι, ἢ μύρ-

ipsa pro se prodiens oratio, tanquam apud judices vos, dicat quatenus vilitatem, & deformitatem domus putet esse dicenti conducibiliorem. Equidem me jam audivistis: proinde nihil opus est ut bis eadem de re dicam. Iste verò prodiens verba faciat, & ego tacebo, & aliquantisper ipsi locum dabo. Proinde, viri judices, inquit oratio, Orator ille qui prior verba fecit, multis magnisque laudibus hanc domum evexit, suaque oratione ornavit. Ego verò tantum abest, ut illam vituperare velim, ut etiam ea quæ ab illo prætermissa sunt, addenda mihi putem. Nam quò pulchrior illa vobis apparuerit, eò magis contraria dicentis usui ostendetur. Ac primùm quidem, posteaquam mulierum, & ornatus, & auri mentionem ille fecit, mihi quoque permittite ut hoc exemplo utar. Nam aio mulieribus formosis non modò nihil conferre ad pulchritudinem ampliorem reddendam, ornatum illum multum: sed contrà adversari potius, quando eorum qui fortè aspiciunt unusquisque auro & gemmis pretiosis obstupefactus, pro eo quòd laudare vel colorem, vel vultum, vel cervicem, vel cubitum, vel digitum debebat, relictis his ad sardium, vel smaragdum, vel monile, vel armillas respicit: ut ob id meritò illa neglecta dolere possit, spectatoribus otium non habentibus laudandæ illius propter ornatum, sed obiter duntaxat ipsam intuentibus. Quod necesse est opinor ei accidere, qui inter tam pulchra opera habet orationem. Latet enim in magnitudine pulchrarum rerum, quod dictum est, obscuraturque & abripitur: perinde ac siquis lucernam in magnum rogum injiciat, aut formi-

cam

μηκο ἐπ' ἐλέφαντ@, ἢ κάμηλ@ διωκτέον. τοῦτο γὰρ φυλακτέον τῷ λέγοντι. καὶ ὥσπερ μέλλ@ Ϲ τῷ φωνῇ αὐτῶν ἐπιβαρύνεσθαι, ὃν ὕπνος ὀφέλοι, καὶ ἡσύχιον οἶκον λέγων. ἀντιφθέγγεται γὰρ, καὶ ἀντιφωνεῖ, καὶ ἀντιλέγει. μᾶλλον δ' ἐπικωλύπτ@ τῷ βοᾶν, οἷόν τι Ϲ σάλπιγξ ἀφῇ τ' αὐλὸν, εἰ σιωπαλοῖεν, ἢ τὰς κελεύσεις ἢ ἀλαλάξαι, ὁπόταν ὥσπερ κύμασ@ ἦχον ἐπάδειν τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν. ἐπικρύπτει γὰρ ἡ μεγαλοφωνία, καὶ κωλύει σπεῦσαι τὸ ἧττον. καὶ μὲν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς ἄρα ἐπαίρει ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα, καὶ εὐθυμότερον διατίθησιν. ἐμοὶ δοκεῖ, τὸ ἐναντίον ποιεῖν. σπλήττει γὰρ, καὶ φοβεῖ, καὶ τὸν λογισμὸν ἀφαιρεῖται, καὶ δειλότερον ἐργάζεται σύνηθες ὡς ἅπαντων ἐστὶν αἰσχίστη ἐν δημοσίῳ χωρίῳ μὴ ὁμοίως φαίνεσθαι τοὺς λόγους. ἐλέγχων γὰρ ἔτός με ὁ φανερώτατ@, ὥσπερ ἂν εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδύς, ἔπειτα φεύγει πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπισημότερ@ ὢν δειλὸς ἀπὸ τῶν ὅπλων. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμεν@ Ϲ ὁ Ὅμηρος ῥήτωρ σπεῦδ@, δυσχερείας ἐλάχιστον φροντίσας, μᾶλλον δὲ καὶ παντελῶς ἀϊδῆ φωτὶ ἑαυτὸν ἀπεικάσας, ἵνα αὐτῶν ἀσχολούμενοι τῷ λόγων τὸ κάλλος, ὃν τῶν τὸ ἀμορφότερον ἐξετάσωσιν. ἄλλως τε, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸν Ϲ λέγοντ@ αὐτὸν ἀφανίσαι ἀσχολίας πρὸς τὴν ἰδέαν, καὶ τῇ Φρονίδ@ τὸ ἀκριβὲς σκύλευσαι, τῇ ὄψεως ἐπικρατούσης, καὶ πρὸς αὐτὴν καλλύσης, καὶ τῷ λόγῳ πρὸς σέχειν οὐκ ἐάσης. ὥστε τίς μηχανὴ μὴ ἔχειν πάντως ἔλαττον ἐρεῖν αὐτὸν τῇ ψυχῇ ἀφαιρεθέσης πρὸς τῶν ὁρωμένων ἔπαινον. ἐὰν γὰρ λέγειν ὅπ καὶ οἱ παρόντες αὐτῷ, καὶ πρὸς

cam in elephante vel camelo oſtendat. Proinde hoc dicenti eſt evitandum. Præterea & vocem ipſam turbat, qui in adeò vocali, & reſonante domo dicit. Nam illa reſpondet, & ex adverſo reſonat, & contradicit: imò etiam dicentis vocem obruit: quale quiddam & tuba facit tibiæ, ſi pariter inflentur: aut hortatoribus mare, quoties illi ad fluctus ſtrepitum remigationi accinere volunt. Vincit enim magnitudo vocis, idque ſupprimit quod minus eſt. Quinetiam illud quod dixit adverſarius, dicentem à pulchra domo excitari, & alacriorem reddi, quantum mihi videtur, contrà ſe habet. Obſtupefacit enim & terret, & rationem conturbat, & timidiorem reddit, cogitantem nihil eſſe turpius quàm in ſpecioſo loco ſimilem quoque orationem non apparere. Index enim profectò iſte omnium manifeſtiſſimus eſt, non aliter ac ſiquis armaturam pulchram induat, deinde ante cæteros fugiat, notabilior cùm ſit meticuloſus ex armis. Quod cùm perpendiſſet ille apud Homerum orator, videtur mihi minimam formæ curam habuiſſe: quin magis homini prorſus imperito ſeipſum aſſimulaſſe, quò majori admirationi foret orationis ipſius pulchritudo, ex illa cum deformitate facta collatione. Præterea omnino neceſſe eſt, dicentis ipſius mentem circa intutum detineri, & cogitandi diligentiam langueſcere viſu ſuperante, & ad ſe vocante, neque orationi incumbere permittente. Quare fieri non poteſt quin is deterius dicat, animo circa eorum quæ videntur laudes occupato. Nam omitto dicere, eos qui adſunt, & ad

τὴν ἀκρόασιν παρελημμένοι, ἐπειδὰν εἰς τ τοιοῦτον οἶκον παρέλθωσιν, ἀντὶ ἀκροατῶν θεαταὶ καθίστανται. καὶ οὐχ ὅπω Δημώδοκος, ἢ Φήμιος, ἢ Θάμυρις, ἢ Ἀμφίων, ἢ Ὀρφεύς τις λέγων εἴη, ὥστε ἀπαγαγεῖν τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τ θέας. ἀλλ' ὃς ἂν τὸν ἐπειδὴν μόνον ὑπερβῇ τ αὐλὸν, ἀβρόν τι κἀλλος ἐπεχυθείς, λόγων μὲ σκέψαι, ἢ ἀκροάσεως ἀλλ' αὐτὴν τὴν ὄψιν εἶσθαι δοκεῖ. ὅλος δ πρὸς τῆς ὀρχήσεσίν ἐστιν, εἰ μὴ τύχοι τις παντελῶς ταφλὸς ὤν, ἢ σὺ νυκτὶ ἄωτερ ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ πεποίτο τὴν ἀκρόασιν. ὅτι γὰρ οὐκ ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀντιγωνίσασθαι, καὶ ὁ σειρήνιον μῦθος διδάξειεν ἄν. σκεῖναι μὲν γὰρ σκήλειν τὰς Γοργαλείοις, μελῳδοῦσαι, καὶ κηλακούσαις τοῖς ἄσμασι. καὶ καταπλάσαις, ἐπιπολὺ κατεῖχον. καὶ ὅλως, τὸ ἔργον αὐτῶν ἐδεῖτο τ Δηστεύσης. καὶ πως αὐτὰς καὶ παρέπλασε, καὶ δ μέλος παρῆκεν. τὸ δ τ γοργόνειον κῆλος, ἅτε βιαιότερόν τι ὄν, καὶ τοῖς κηλεωθεῖσι τ ψυχῆς ὁμιλεῖν, σύθυς ἐξίεσι τὰς ἰδέας, καὶ ἀφῶνες ἐποίησε. ὡς δ ὁ μῦθος βούλεται, καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγίγνοντο ὑπὸ δ θαύματος. ὥστε εἴ τι ὑπὲρ δ παὶ λόγον εἶπε σοὶ ὑμῶν μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτὸν εἰρῆσθαι νομίζω. καὶ γὰρ ἐκεῖνα ἐν τῇ ὄψει. ὧδε ἐν τῇ φωνῇ τὸ τερπνόν. καὶ εἴγε τις Δημοσθένους μοι τὴν ἀκμὴν, ἢ τ κυκνου ἆσαι κέλοιτο, μεθεξὺ δ ἀδόντων παραδείξειε τ παὶ σιωπῶντα, εὖ οἶδ' ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχὴ, μακρὰ χαίρειν φράσασα τοῖς ἐκείνων ἄσμασιν. ὅτως ἄμεινόν τι ἔοικεν εἶναι ἡ δι' ὄψεως ἡδονή.

ad auſcultandum aſſumpti ſunt, quum in hujuſmodi domum venerint, ex auditoribus fieri ſpectatores. Nec orator ita eſt Demodocus, aut Phemius, aut Thamyris, aut Amphion, aut Orpheus, ut avellere cogitationes illorum à ſpectando poſſit. Sed ut quiſque ipſum modò limen tranſcenderit, multa pulchritudine circunfuſus, orationis illius aut recitationis, ne principium quidem exaudire videtur: ſed totus in ſpectando verſatur, niſi quis fortè omnino cæcus fuerit, aut noctu velut Areopagi Senatus ſolet, ad auſcultandum venerit. Nam quòd verborum vis longè inferior ſit, quàm ut cum viſu certare queat, Sirenum fabula cum illa de Gorgonibus comparata, facilè docuerit. Illæ enim mulcebant quidem præternavigantes canendo, atque adblandiendo carminibus: & ad ſe delatos aliquandiu detinebant, & in ſumma, res ipſa mora quadam opus habebat: atque interim eas quiſpiam eſt prætervectus, & inaudito cantu præteriit. At Gorgonum pulchritudo, ut quæ violentiſſima eſſet, & partibus animæ maximè ſauciabilibus obverſaretur, ſtatim obſtupefaciebat, & mutos reddebat aſpicientes: & fabulæ placet, & fertur, in lapides ilico præ admiratione convertebantur. Quamobrem & illa quæ de pavone paulò antè dixit, ipſa pro me dicta exiſtimo. Nam & illius in aſpectu, non in voce delectatio eſt: juxta quem ſiquis vel luſciniam vel cygnum ſtatuat & canere jubeat, inter canendum autem pavonem tacentem commonſtret, ſatſcio, quòd ad hunc tranſiturus ſit animus, longum valere juſſis illorum canticis: adeò ineluctabilis videtur eſſe voluptas, quæ viſu

ἢ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν παρασκήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσει ὡς πολὺ ἐπικρατέστερά ἐστι τὰ ἀκουόμενα τῶν ὁρωμένων. καί μοι σὺ ἤδη ὁ κήρυξ, προσκάλει αὐτὸν Ἡρόδοτον τὸν Λύξου Ἁλικαρνασσόθεν. καὶ ἐπειδὴ καλῶς ποιῶν ὑπήκουσε, μαρτυρείτω παρελθών. ἀναδέξασθε δ' αὐτὸν, ἅσσα σφῶν ὑμᾶς λέγοντα, ὥσπερ αὐτοῦ ἔθος. Ἀλλὰ τάδε ὁ λόγος ὑμῖν ἄνδρες δικασταὶ μυθέσθω, καὶ οἱ πίστευε ὅσα ἂν λέγῃ τυγχάνειν πέρι, ἄψει ἀκοῆς προσιμέων. ὥσπερ γὰρ τυγχάνῃ ἑκάστοτε ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. ἀκούετε δὲ μάρτυρος ἃ φησιν, ὡς τὰ πρῶτα τῇ ὄψει ἀποδέδωκεν; εἰκότως. τὰ μὲν γὰρ ἔπεα, πρόσθεν ἐστὶ, καὶ οἴχεται ἅμα τῷ προσελθεῖν ἀπόβλημα. ἡ δὲ τῶν ὁρωμένων τέρψις, ἀεὶ παρεστῶσα, καὶ διαμένουσα, πάντως τὸ θεατὴν ὑπάγεται. πῶς ἂν ὁ ζηλότυπος τῷ λέγοντι ἀνταγωνιστὴς, εἰκὸς ἦν καλὸς, καὶ πειθόμενος ὤν; μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον ἐγὼ φημί. ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ, καὶ μεταξὺ λεγόντων ἡμῶν; εἰς τὴν ὀροφὴν ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τοὺς γραφὰς ἐξητάζετε, ὥστ' ἐκόσην ἀπορεφόμενοι. καὶ μηδὲν αἰσχυνθῆτε. συγχώρημι γὰρ, εἴ τι ἀνθρώπινον πεπόνθατε. ἄλλως τε, καὶ πρὸς οὕτω καλὰς, καὶ ποικίλας, τὰς ὑποθήσεις. τὰ γὰρ τέχνης τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὰ ἰσοτελίας μὴ δεχόμενα τὸ ὠφέλιμον, ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ πεπαιδευμένων θεατῶν δέομενον. καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκεῖσε ἀποβλέπητε, ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε ὡς οἷόν τε γράψωμεν αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ. ἡδήσεσθε γὰρ οἶμαι ἀκούοντες, εἰ βούλεσθε, adducam vobis testem virum doctum, qui statim mihi testimonium feret, ea longè prævalere quæ visu, iis quæ auditu percipiuntur. Ac jam heus præco, accerse Herodotum Lyxi filium Halicarnassensem. Et quia probè fecit, quòd morem gessit, accedat testimonium dicturus. Atque ipsum admittite Ionicè, suo more, loquentem. Vera ista, judices, hæc oratio vobis narrat, atque ipsi credite, quæcunque de his dixerit, visum auditui præferendo: siquidem aures fide minùs dignæ sunt, quàm oculi. Auditis testem quæ dicit, & ut primas visui tribuerit? ac meritò. Nam verba sunt alata, proinde simul atque proferuntur, avolant. At eorum quæ videntur, delectatio, semper adest, ac præsens manet, & spectatorem ad se prorsus abducit. Quî ergo molesta non sit dicenti adversaria, domus ita pulchra, & ab omni parte conspicua? At quod est maximum, nondum dixi. Nam vos ipsi, judices, interea dum nos dicebamus, tectum aspiciebatis, parietes mirabamini, & picturas, ad unamquamque conversi, examinabatis: neque vos pudebat. Ignoscendum enim, siquid humanum vobis accidit: præsertim cùm pulchris illis & variis objectis capti fueritis. Nam artis diligentia, & historiæ cum antiquitate, utilitas, revera illiciendi vim quandam habent, & spectatores eruditos requirunt. Et ne nobis relictis illic omnia respiciatis, age quoad fieri potest, illa vobis oratione depingam. Nam ju-

2 Καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε] Θαυμάζετε. Marcil.

1 Σχη-

πες, ἃ ἐ ὁρῶντες ἡσυχάζετε. καὶ ἴσως ἂν με ἐ δι' αὐτὸ ἐπαινέσαιτε, καὶ ἅ ἀνιδίκως πεθυμήσαιτε, ὡς ἐ αὐτὸν ἐπιδείξαντα, καὶ διπλασιάσαντα ὑμῖν τὴν ἡδονήν. τὸ γαλεπὸν ἦ ἅ τολμήματος ὁρᾶτε, καὶ δι' ὃ χρωμάτων, καὶ [1] σχημάτων, καὶ τόπου, συσταθὰν τοσαύτας εἰκόνας. ψιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τ λόγων. Ἐν δεξιᾷ μὲ ἂν εἰσόδῃ, δραματικῷ μύθῳ, ἀναμέμικται πάθος αἰθιοπικόν. ὁ Περσεὺς, τὸ κῆτος φονεύσ, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ. καὶ μεταμιγὲν, γαμήσ, ἐ ἄπεισιν, αὖτις ἄγων. παράεργον τοῦτο τ ἐπὶ γοργόνας πλήσεως. ὁ βραχεῖ ἦ, πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου, καὶ φόβον. ἐπισκοπεῖ γὰρ τὴν μάχλον ἄνωθεν ἐκ πέτρας, καὶ νεανίαν τόλμαν ἐρωτικὴν, ἐ θηρίου ὄψιν ἀπρόσμαχον. καὶ τὸ μὲ, ἔπεισι φερεκρὸς παῖς ἀκμάζοντος, ἐ δεδιτόμβου τὸ χάσμα. καὶ ὁ Περσεὺς ἦ, τῇ λαιᾷ μὲ, πεφοβικύνει τὴν γοργόνα. τῇ δεξιᾷ ἦ, καθικνεῖται τ ξίφ. καὶ τὸ μὲ, ὅσον ἔ κήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστί. τὸ δ' ὅσον ἔμψυχον μάχ, τῇ ἅρπῃ κόπτεται. Ἐξῆς ἦ μὲ τῶνδε τῶν εἰκόνων, ἕτερον γράμμα γράφεται δικαιότερον, ἃ τὸ δοκοῦν ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου, ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν. ἐκεῖνοι γὰρ ὁμοίαν ἐγραψάτην εἰκόνα, τὸν νεανίαν τὸν ἑταῖρον, Πυλάδης τε ὁ φωκεὺς, καὶ Ὀρέστης, δοκοῦντε ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθόντε, φονεύσειν ἄμφω τ Αἰγισθόν. ἡ ἦ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀνῄρηται, ἐ ἐπ' εὐνῆς τινος ἡμίγυμνος πέσκει-

jucunda puto, erunt auditu, quæ visu vobis sunt mirabilia. Fortè etiam ob id ipsum me laudabitis, & adversario anteponetis, ut qui & ipse hæc demonstrem, & duplicem vobis voluptatem pariam. Cæterùm conatus hujus difficultatem videtis: nimirum quàm grave sit absque coloribus, & figuris, & loco tam multas imagines in unum congerere. Est enim exilis planè pictura verborum. Quare ad dextram quidem ingredienti, Argolicæ fabulæ, intermixtum est malum Æthiopicum. Perseus cetum interficit, & Andromedam eripit, quam paulo pòst uxorem ducet, & abducta secum illa, discedet: Atque ut extra institutum, volatus ad Gorgonas. Ac brevi spatio, multa imitatione expressit artifex, virginis verecundiam, & metum. Spectat enim & pugnam desuper ex rupe, & adolescentis audaciam amatoriam, & beluæ visum intolerabilem: quæ horrida spinis, & formidabilis hiatu oris accedit. Tum Perseus sinistra Gorgonem ostendit, dextra ense ferit. Iam quicquid illius beluæ Medusam aspexit, saxum est: at reliquum quod est adhuc animatum, ense cæditur. Deinde post hanc imaginem, alia est justissima pictura, cujus primum exemplar videtur mihi pictor ab Euripide, vel Sophocle accepisse. Nam illi similem quandam imaginem describêre, adolescentes duo, socii, Pylades Phocensis, & Orestes, cùm jam viderentur mortui esse, pòst regiam latentes, & clam adeuntes, occîdunt ambo Ægisthum. Clytemnestra autem jam interfecta est, & in lecto quodam seminuda ja-

1 Σχημάτων ἐ τόπου] Καὶ τόπου. Marcil.

1 Θέλων

τὴν, καὶ ἡ ἀρχαιρεία πᾶσα, ἐκπεπλησμένοι τὸ ἔργον. οἱ μὲν, ὥσπερ βοῶσιν. οἱ δὲ πῆς. ὅπῃ φύγωσι, ἀθρόοι ἐπιστῶσι. σημεῖον δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπινοῆσαι, τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον ἀποφαμένων, ἐμβραδύνοντας τῇ τῶν νεανίσκων ἐρασμίᾳ μίξει φόνου. Μετὰ δὲ τοῦτο, γάμος ἐστὶν εὐμορφίας, καὶ μειρακίου ἀφελοῦς, ἐρωτική τις παιδιά. ὁ Βραγχος ἐπὶ πέτρας κεφαλὴν, ἀνέχει λαγωὸν, καὶ ἀποσαίζει τὸ κύνα. ὁ δὲ, πηδησομένῳ ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν εἰς τὸ ὕψος. καὶ Ἀπόλλων περιεσὼς, μειδιᾷ, περιόμενος ἀμφοῖν, καὶ τῷ παιδὶ παίζοντι, καὶ πιεσομένῳ τῷ κυνί. ἐπὶ δὲ τούτοις, ὁ Περσεὺς πάλιν τὰ ὡσὲ ἔτι κήτους ὑπολειπόμενα τολμᾷ, καὶ ἡ Μέδουσα πεμνομένη τὴν κεφαλὴν, καὶ Ἀθηνᾶ σκέπουσα τὸν Περσέα. ὁ δὲ τῷ μὲν τόλμαν εἰργάσατο, τὸ δὲ ἔργον οὐκ ἐώργακέ πω ἐπὶ τῆς ἀσπίδος, τὸ γοργόνος τὴν εἰκόνα. εἶδε γὰρ τὸ ὡσεὶ μέσον τοῦ ἀλληθὲς ὄψεως. Καὶ ὁ τὸ μέσον τοῦ χαλκοῦ, ἄνω τὸ ἀνύδρους, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται. ἡ δὲ, λίθου λευκοῦ. τὸ σχῆμα, οὐ πολεμιστήριον, ἀλλ' οἷον ἂν γένοιτο εἰρηνικὸν ἀγάλμα θεᾶς πολεμικῆς. εἶτα μὴ τοῦτο, ἄλλη Ἀθηνᾶ, οὐ λίθος αὐτὴ γε, ἀλλὰ γραφή. πάλιν Ἠφαιστος αὐτοῦ διάκριτος ἔρων, ἤδη, φύσει. κἀκ τοῦ δώρου, Ἐριχθόνιος γίνεται. Ταύτην ἔπεστι παλαιά τις ἄλλη γραφή. [1] Ὠρίωνα φέρει τὸν Κηδαλίωνα,

jacet. Ac totum famulitium hoc facinore obstupefacti, alii clamare videntur, alii qua parte fugiant, circunspiciunt. Porrò pictor honestum quiddam excogitavit, qui quod impium in hac re fuit, id ostendit solùm, & quasi jam actum prætercurrit: sed adolescentes in cæde adulteri immorantes exprimit. Post hæc autem Deus est formosus, & venustus adolescentulus, amatorium quoddam ludicrum. Branchus puta in rupe sedens tenet leporem, & alludit cani: qui in sublime videtur ipsi insulturus: astans autem Apollo ridet, & utroque delectatur, & puero ludente, & cane saltum meditante. Præter hæc Perseus, iterum quæ ceti cædem præcesserunt, aggrediens, & Medusæ caput amputans, & Minerva Perseum protegens. Atque hic quidem facinus jam peregit: factum autem ipsum in clypeo nondum vidit, Gorgonis videlicet imaginem: cùm veri aspectus pœnam nosset. In medio autem pariete, ex adverso januæ, Minervæ est templum: & Dea ipsa candido ex marmore: habitus non est militaris, sed qualis fuerit pacem agentis bellicæ Deæ. Deinde post hanc alia Minerva, non hæc quidem marmorea, sed picta: quam Vulcanus amans insequitur, ipsa autem fugit, & ex ea persecutione Erichthonius nascitur.

Hanc sequitur vetus alia pictura. Cæcus Orion Cedalionem portat, qui

1 Ὠρίωνα φέρει τὸν Κηδαλίωνα.] Quia hæc fabula non est vulgo nota, non erit credo ingratum meo lectori, si aliquid de ea dixero. Orion ab Oenopione, qui in Chio regnabat, excæcatus & in littus maris expositus, Cedalionem puerum fabrum rapuit, & humeris impositum eo ductore usus est, ut ad orientem solem ab eo duceretur, ubi solis calore visum recepit. Naxius autem fuit, & ei Iuno Vulcanum tradidit, ut fabrilem artem eum doceret. De eo Eustathius ad Iliad. ξ. &

τοφλὸς ὤν. ὅδ' αὐτῷ σημαίνῃ τὴν ὁδὸν πρὸς τὸ φῶς, ἐπιχειρεῖ. καὶ ὁ ἥλιος φανεὶς, ἰᾶται τὴν πήρωσιν. καὶ ὁ Ἥφαιστος Λημνόθεν ἐπισκοπεῖ τὸ ἔργον. Ὀδυσσεὺς τὸ μὲν τοῦτο, δῆλον μεμηνὼς, ὅτι συστρατεύειν τοῖς Ἀτρείδαις μὴ θέλων. παρεῖσι δὲ οἱ πρόσθεν, ἤδη καλοῦντες. καὶ τὰ μὲν τῆς ὑποκρίσεως, πλασικὰ πάντα. ἡ ἀπάτη, τὸ τε ὑποζευγνύμενον ἀσύμφωνον, ἄγνοια τε ἀρρωστίας. ἐλέγχεται δ' ὅμως τῷ βρέφει. Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου, σωφρονεῖν τὸ μηνοειδὲς, ἀπειλοῦσι τὸν Τηλέμαχον, ἀπειλεῖ φονεύσειν, σκῆπτρον ἔχων τὸ ξίφος. καὶ πρὸς τὴν τῆς μανίας ὑπόκρισιν, ὀργὴν ἅμα ὄντος ἀνυποκρίτου. ὁ δ' Ὀδυσσεὺς, πρὸς τὸ φόβητρον τοῦτον σωφρονεῖ, καὶ παύεται μαινόμενος, καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν. Τέλος δὲ ἡ Μήδεια μάχαιραν, τῷ ζήλῳ ἀφορμὴν, τοῖς παισὶ δεδωκυῖα, καί τι δεινὸν ἐνοήσασα. ἔχει γὰρ ἤδη τὸ ξίφος. τοὺς δ' ἀθλίους, καθ' ἡδονὴν γελῶντας, μηδὲν τῶν μελλόντων εἰδότας. καὶ ταῦτα, ὁρῶντα τὸ ξίφος ἐν ταῖν χεροῖν. ταῦτα πάντα ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ἀπάγει μου τὴν ἀκροασιν, καὶ πρὸς τὸν θέατρον ἀπορρέφει, μόνον ὃ καλεῖται τὸ λεγόμενον; ἐγὼ δὲ ἔμαθον διεξελθὼν αὐτὰ, οὐχ ἵνα τὴν ἀνδρείαν τολμηρὸν ὑπολαβόντες, καὶ θρασὺν, εἰ τοῖς ὧδε δυσκόλοις ἑαυτὸν ἐκὼν φέρων ἐπέβαλε, καθαγιάτε, καὶ μισήσητε, καὶ ἐπὶ τὸν λόγον ἐγκαλέσητε, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτὸν σωφρονίσωσιν, ὡς οἷα τε κεκαμύοντες, ἀκούσητε τὸν λεγομένων, λοιδόρημοι δὲ πράγματος τοῦ δυσχερείας.

qui dum vehitur, viam qua itur ad lucem, ipsi indicat, & excitatem sol apparens medicatur: quod opus è Lemno intuetur Vulcanus. Posthæc Vlysses, insaniens videlicet, quando cum Atridisin expeditionem ire nolebat. Adsunt autem legati, jam vocantes ipsum. Atque ea quæ ad simulationem pertinebant, probabilia omnia, vehiculum, & jumentorum junctorum discrepantia, & eorum quæ aguntur insicitia: sed objecto tamen infante redarguitur. Nam Palamedes Nauplii filius, rem intelligens, correpto Telemacho, minatur se eum interfecturum, tenens strictum ensem: & simulatæ insaniæ simulatam iram hic opponit. Vlysses autem ad metum hunc resipiscit, fitque pater, & simulationem deponit. Postrema verò Medea depicta est, invidia flagrans, pueros aspiciens & grave quiddam meditans. Jam enim gladium tenet: at miseri illi ridentes astant, nihil eorum quæ futura erant, scientes, idque cùm in manibus matris gladium viderent. Hæc omnia, Iudices, nonne videtis quomodo auditorem abducant, & ad spectandum convertant, solum verò dicentem relinquant? Atque equidem verbis ea persequutus sum, non ut adversarium audacem & temerarium existimantes, quòd rebus ita difficilibus seipsum volens immersit, damnetis & odio habeatis, solumque eum cum oratione sua relinquatis: sed potiùs ut ipsum adjuvetis, & quoad fieri potest convivantes, ea quæ dicuntur audiatis, rei difficultatem apud vos æstimantes. Vix enim etiam

& Apollodorus lib. 1. qui tamen eum non nominat, sed hanc historiam narrat. *Palm.*

μῆλις γάρ ἂν ὅπῃ δωρηθείη ὑμῖν δικαστὰς, ἀλλὰ συναγωνιστὰς ὑμῖν χρησάμενος, μὴ παντάπασιν ἀνάξιος ᾖ οἴκου πολυτελείας νομισθῶμαι. εἰ δ' ὑπὲρ ἀνδρὸς τοῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε. τοῦ γὰρ ᾗ, τὸν οἶκον φιλεῖν, καὶ τὸν οὗτος λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βελαίμην ἂν ὠφελεῖσθαι.

etiam hoc pacto, vos non judices, sed auxiliatores habendo, poterit non omnino indignus hac domus magnificentia censeri. Quòd autem pro adversario hæc oro, ne miremini. Nam ex eo quòd domum hanc amem, & eum qui in ea dicit, quicunque tandem is fuerit, optarim equidem celebrari.

MAKPOBIOI. | MACROBII.

ARGVMENTVM.

Catalogus est μακροβίων, hoc est, eorum qui ad longam ætatem pervenerunt, quem natalitii muneris loco, Quintillo cuidam mittit, somnio ad hoc faciendum, ut ipse ait, admonitus. Recenset autem principio totius hominum nationes, ac genera, quæ diutissimè vixerint: deinde transitione ad singulos facta, reges primùm, ac principes, deinde & philosophos, & Historicos, & Oratores, & Poëtas, & Grammaticos, qui quàm maximè longævi fuisse perhibentur, adnumerat. Orditur autem à caussa, qua ad hoc scriptum impulsus fuit, addita etiam commendatione operis, ab utilitate, quam ex hujus lectione percepturus sit Quintillus.

Ὄναρ τί τοῦτο λαμπρότατε Κυϊντίλλε κελεύσαντός σοι, ἀποφέρω σοι δῶρον τὰς μακροβίους, πάλαι μὲν τὸ ὄνομα εἰδὼς, καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις σου ὅτι ἐπέτρεψε τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τὸνομα· συμβαλεῖν δ' οὐκ ἔχων τίνας ὁ θεὸς κελεύσει μοι προσφέρειν σοι τὰς μακροβίους, τότε μὲ εὐξάμενα πρὸς θεοὺς ἐπιμακρότερον ὑμῶς βιῶναι, ἅ τε αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς σοὺς, τοῦτο συμφέρειν νομίζων, ἐ συμπανύσειν μετὰ τοῦ ἀνθρώπων γένους.

In somnis, clarissime Quintille, hoc jussus, Longævos tibi donum offero. Quod quidem somnium jam olim vidi, & amicis exposui, quo die filio tuo natu minori nomen indidisti. Cùm autem nulla conjectura potuissem assequi, quosnam longævos mihi tibi offerre juberet Deus: tum quidem à Diis precatus sum, ut vitam quam longissimam, tuque, & tui filii traduceretis, ratus hoc profuturum cùm universo genere homi-

1 Περισσεφορῶ σοι δῶρον. Marcil.

πρὸ ἧ τ ἁπάντων, αὐτῷ τι ἐμοὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. ἐ γὰ καμοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ θεός. σκεπτόμενον ἧ καὶ ἐμαυτὸν, εἰς σωφροσύνην ἦλθον. εἰκὸς εἶναι τὸν θεὸν ἀνδρὶ ἀεὶ παιδείαν ἔχοντι, τοῦτο προστάσσοντος κελεύειν τί προσφέρειν σοι τ δὸ τ τέχνης. τοῦτον ἐν αἰσιωτάτην νομίζων τὴν ἡμέραν τ σὴν γενεθλίαν ἡμέραν, δίδωμί σοι τὸν ἰσορροπήσαντα εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι σὺν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, ἐ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰ ἂν ἐ ὄφελος ἡμῖν τί σοι σὺν ἧ συγγράμματος διπλῆν. τὸ μὲ, σύμμικτα τις, ἐ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν ἐπιμήκυνσιν δύναται βιώναι. τὸ ἧ, διδασκαλία τις ὠφελημάτων, εἰ ἐπιγνοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι καὶ τε σώματος, καὶ τ ψυχὴν, ἔτυχον ἐπὶ μακρὸν γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ παντελεῖ. Νέστορα μὲ ἂν τ σοφώτατον τ Ἀχαιῶν, ἐπὶ τρισὶ γενεαῖς δηλητεῦσαν ἡμῖν ὁ Ὅμηρος λέγει. ὃν συνίστησιν ἡμῖν μεμνασμένον ἄριστα ἐ ψυχῆ, ἐ σώματος. καὶ Τειρεσίαν ἧ τ μάντιν, ἡ τραγῳδία μέχρις ἐξ ἡμισείων διαπεπαῖσαν λέγει. πιθανὸν δ' ἂν εἴη ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον, καὶ καθαρώτερα διαίτῃ χρώμενον τ Τειρεσίαν, ἐπιμήκυνσι βιῶναι. καὶ ἡμῖν ἧ ὅλως μακρόβια ἱστορεῖται ἀφ' τῶν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλάσιρμοι ἱστορούμενοι. Ἀσσυρίων ἧ, ἐ Ἀράβων, οἱ ἐξηγηταὶ τ μύθων. Ἰνδῶν ἧ, οἱ καλάνμοι βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίαν ἀσκοῦντες. καὶ οἱ καλάνμοι ἧ μάγοι, ἡμῖν τῶν μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρά τε Πέρσαις, ἐ Πάρθοις, καὶ Βάκτροις, καὶ Χωρασμίοις, ἐ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ ὧν

hominum, tum præ cæteris, mihi meisque omnibus. Nam boni quidpiam mihi præsignificare videbatur Deus. Consideranti autem apud me, venit in mentem, verisimile esse Deos mihi in liberalibus disciplinis versanti præcepisse, ut profectum ex artibus ingenuis donum tibi offerrem. Ratus itaque hanc esse auspicatissimam tuorum natalitiorum diem, eos tibi do, quos ad longam senectutem sana mente, & integris corporis viribus perveniisse memoriæ proditum est. Etenim ex hoc libello duplicem utilitatem percipere possis: unam, animi alacritatem bona spe concepta, fieri posse ut quàm diutissimè vivas: alteram, institutionem ab exemplis, si comperias, eos qui maximam sui curam habuerunt, cùm corporis, tum animi ratione, ad summam senectutem cum perfecta sanitate perveniisse. Homerus igitur Nestorem Achivorum sapientissimum vitam tribus sæculis produxisse dicit: quem nobis & animo & corpore optimè exercitatum commendat. Et Tiresiam vatem poëtæ tragici ad sex usque ætates ævum protogasse perhibent. Credibile autem est virum Diis sacrum, & puriori victus ratione utentem Tiresiam, longissima vita fuisse functum. Quinetiam tota hominum genera propter victus rationem diu vixisse memorantur: cujusmodi fuerunt apud Ægyptios sacri scribæ: apud Assyrios, & Arabas, fabularum interpretes: apud Indos Brachmanes, accuratè Philosophiæ studiis vacantes. Præterea quos Magos vocant, genus illud fatidicum, Diisque sacrum, apud Persas, Parthos, Bactrios, Chorasmios, Areos, Sacas, Medos, & ple-

πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐῤῥωμένοι τί εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, ἀφ' τὸ μαγεύειν ἀφιπτάμενοι δ' αὐτοὶ ἀκριβέστερον. ἤδη δ' δ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρας μ' ἰσοῦσι μέχρι τελαυσίων ζῆν ἐτῶν, οἱ μ', τὸ ἄπαν, οἱ δ', τῇ γῇ τὴν αἰτίαν δ' μακρᾶς γήρως ἀποδιδόντες. οἱ δ', καὶ τῇ ἀφίτῃ. ὑδροποτεῖν γάρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ ἀθῶας δ' μέχρι τελαυσίων δ' ἑκατὸν ἐτῶν βιῶν ἰσόρῃ. καὶ τὸς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιῶν λόγος. τούτους μ' δ' κομιδῇ ἄρτο χρωμένους, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον. οἷς φασι διὰ τὴν τοιαύτην δίαιταν, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τὰς ἄλλας ἀνθρώπους ἐῤῥωμένας εἶναι. ἀλλὰ ταῦτα μ' ἐφ' ὅσῳ τ' μακροβίαν ῥηθῶν, καὶ τ' ἐθνῶν, ἃ πᾶσά φασιν ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἀφικνεῖσθαι χρόνου. οἱ μ', ἀφ' τὴν γῆν, καὶ τ' ἀέρα. εἰδὶ, ἀφ' τὴν δίαιταν. οἰδὶ, καὶ δι' ἄμφω. ἐγὼ δ' ἄν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως παρέχοιμι, ἰσορήσας, ὅτι δ' κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κ' πάντα ἀέρα, μακροβίοι γεγάασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, καὶ ἀφίτῃ τῇ ἐπιτηδευθείσῃ ὡς ὑγίειαν χρώμενοι. ἀφίρεσιν δ' δ λόγος ποιήσομαι τὴν πρώτην, καθ' ἃ τὰ ἐπιτηδεύματα τ' ἀνδρῶν. καὶ πρῶτον μέν σοι [1] τὰς βασιλικὰς, καὶ στρατηγικὰς ἄνδρας ἰσορήσω, [2] ὧν ἕνα, καὶ δυσθεεστάτη μεγάλα θειοτάτη αὐτοκράτορα τύχη εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν, διηρώτησε τὰ μέγιστα τῶν οἰκειμένων τῶν ἑαυτοῦ

pleraſque alias gentes barbaras, & firma corporis valetudine ſunt præditi, & longævi, quòd quia magicam exercent, exquiſitiſſima victus ratione utantur. Quinetiam totæ gentes longiſſimam vitam vivunt. Vt Seres ad trecenteſimum uſque annum vivere ferunt: cujus rei cauſam nonnulli cœlo, nonnulli ſolo tribuunt: alii victus rationi: ſiquidem univerſam hanc gentem aquam bibere dicunt. Scriptum etiam eſt Athotas vivere centum & triginta annos. Et fama eſt Chaldæos ultra centum annos vitam prorogare: eoſque hordeaceo pane veſci, tanquam perſpicacitatis pharmaco: quibus perhibent ob hanc ipſam victus rationem alios quoque ſenſus quàm cæteris omnibus eſſe validiores. Sed hæc de hominum generibus, & gentibus longævis, quas plurimum ætatis ajunt vivere, alii ob cœlum, & ſolum: alii ob victus rationem, alii ob utrumque. At jure meliorem ſpem tibi præbuero, ſi planum fecero homines quovis in ſolo, & cœlo, ad ſummam ſenectutem pervenire, qui convenientibus exercitationibus, & aptiſſima victus ratione utuntur ad ſanitatem. Sermonem autem dividam primò ſecundum hominum ſtudia: & primùm regia & imperatoria dignitate claros memorabo: quorum unum, quum religioſiſſima magni diviniſſimi Imperatoris fortuna ad perfectiſſimum ordinem perduxiſſet maximis beneficiis imperium ſuum cumu-

1 Τὰς βασιλικὰς, στρατηγικὰς ἄνδρας] Τὰς βασιλικὰς & στρατηγικὰς ἄνδρας. Marcil.

2 Ὧν ἕνα & δυσθεεστάτη, μεγάλα θειοτάτη] Ὧν ἕνα ἡ δυσθεεστάτη μεγάλα & θειοτάτη. Idem.

τῦ. ὅτω γὰρ ἂν ἀπιδὼν καὶ σὺ, τῆ μακροβίαν ἀνδρῶν ἅμα τὸ ὅμοιον τῆ ἴξεως καὶ τῆ τύχης ἐπιμήκη ἐλπίσειας γῆρας ὑγιεινὸν, καὶ μακρόν. καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐρᾳστίως σαυτῆ τὴν διαίτην μιμησόν τε ἅμα, καὶ ὑγιεινότερον βίον. Πομπίλιος νομᾶς ὁ δεύτερος τῆ Ρωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα θεὸν τὸν τερπέρειον τῆ θεῶν ἀγαλλησεις, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος ὁ τέταρτος Ρωμαίων καὶ οὗτος βασιλεὺς, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται. Ταρκύνιος ὁ τελευταῖος Ρωμαίων βασιλεὺς, φυγαδευθεὶς, καὶ ἐπὶ Κύμης ἀφικόμενος, ὑπὲρ τὰ ἑνενήκοντα ἔτη λέγεται τὴν ῥώμην ἔχειν. Οὕτοι μὲν οὖν Ρωμαίων βασιλεῖς, οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐκείνων. ἐπὶ πλεῖστον δὲ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ρωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους συναγαγόντι, συνθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὸν λοιπὸν Γραικίαν ἐπὶ πλεῖστον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος ἡ ἱστορία τῆ διαβάλλειν πειρομένων τὸ σύνταγμα ἐμοῦ, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείως ἡμῖν τὰς δύο χὰς ἔσεσθαι τοῦ τὸ εἰς μήκιστον τε, καὶ λιπαρὸν τῆ πάσης χῆς, καὶ θαλαττίης δεσποτεύειν, γῆρας ἀφικέσθαι, τῆ ἑαυτῦ οἰκουμένη βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα. Ἀργανθώνιος μὲν ὁ Ταρτησίων βασιλεὺς, πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναί λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, μῦθος ποσὶ δοκεῖ. Ἀγαθοκλῆς ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐνενηκονταπέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης, καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν. Ἱέρων τε ὁ Συρακουσίων τύραννος, δύο, καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν

mulavit. Sic enim & tu similem habitum & fortunam longævorum virorum respiciens, sanè longamque senectutem sperare possis: eosque imitatus tibi ipsi victus ratione, longissimam & saluberrimam vitam paraveris. Numa Pompilius Romanorum regum longè fœlicissimus, ac Deorum cultui deditissimus, supra octoginta annos vixisse traditur. Servius Tullius quoque & hic Romanorum rex octogesimum vitæ annum superasse dicitur. Tarquinius Romanorum rex ultimus, Cumis exulans, ultra nonaginta annos firmissima valetudine fruendo vixisse perhibetur. Hi quidem sunt Romanorum reges, quibus reliquos reges addam, qui longam senectutem attigerunt, atque uniuscujusque studia. In calce autem reliquos etiam Romanorum qui ad prolixissimam senectutem pervenerunt, adscribam, additis etiam illis qui in reliqua Italia diutissimè vixerunt. Non contemnendum enim argumentum est historia, quo refellantur qui hoc cœlum calumniari nituntur: adeò ut meliorem spem habeamus, fore ut voti plenè compotes fiamus, longissimam ac plenissimam tota terra marique dominantem senectutem, jamque in suo solo regnantem & senescentem assequuti. Proinde Arganthonius Tartesiorum rex quinquaginta & centum annos vixisse traditur, authoribus Herodoto historico, & Anacreonte poëta lyrico: tametsi hoc quibusdam fabulosum videtur. Agathocles Siciliæ tyrannus anno quinto & nonagesimo obiit, sicut Democharis & Timæus literis prodiderunt. Hieron quoque Syracusanorum tyrannus, duos & nonaginta

γηρόβρυος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, [1] ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ καλλιστιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀντίας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς, μαχόμενος πρὸς Φίλιππον πρὲ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, ἔπεσεν, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βάρδυλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, ἐν ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. [2] Τήρης δὲ, ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο, καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν. Ἀνίγονος δὲ ὁ Φιλίππου μονόφθαλμος. βασιλεύων Μακεδόνων, πρὲ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ, καὶ Λυσιμάχῳ, πολλοῖς πρὲ πισὼν, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἐνὸς, καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συγγραφεὺς αὐτὸς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. ὁ δὲ Λυσίμαχος Μακεδόνων βασιλεὺς, ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπάλλε μάχῃ, ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτὸς φησιν Ἱερώνυμος. Ἀνίγονος δὲ, υἱὸς μὲν Δημητρίου, ἐγγονὸς δὲ Ἀνιγόνου, μονοφθάλμου, ἔτος πεντηκοστὸν, καὶ τεσσαρακοστὸν Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη. ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήναginta annos natus, morbo ſublatus eſt, cùm regnaſſet annos ſeptuaginta, ſicut Demetrius Calliſtianus, & alii memorant. Anteas autem Scytharum rex, ad fluvium Iſtrum contra Philippum pugnans occubuit, ſupra annos nonaginta natus. Bardylis verò rex Illyriorum, in bello adverſus Philippum ex equo pugnaſſe fertur, inter nonagenarios cenſus. Teres verò Dryſorum rex, authore Theopompo, anno ætatis nonageſimo ſecundo obiit. Antigonus autem Philippi filius monoculus, rex Macedonum, in Phrygia cum Seleuco & Lyſimacho confligens, multis vulneribus obrutus obiit anno ætatis octogeſimo primo, ſicut narrat Hieronymus qui cum ipſo militavit. Porrò Lyſimachus & ipſe rex Macedoniæ in pugna contra Seleucum periit, annum octogeſimum conficiens, uſ refert idem Hieronymus. Antigonus verò filius Demetrii, Antigoni unioculi nepos, quatuor & quadraginta annos regnum Macedoniæ tenuit, vixit autem octoginta, ſicut Medius & alii ſcriptores

1 Ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλλιστιανός] Mendum eſt in nomine hujus Demetrii: nullibi enim de Calliſta urbe nec de hiſtorico illo Calliſtiano mentio facta eſt. Lege confidenter Καλλαπιανός, de quo Dionyſius Halicarnaſſeus πρὲ σιωθέντας ὀνομάτων, Diogenes Laërtius in Demetrio, ubi ait eum ſcripſiſſe de Aſia & Europa lib. 20. Theocriti Schol. ad idyllium 1. ubi eum de Siciliæ rebus ſcripſiſſe patet, alii plures. Calatis vero ſeu Calatia (nam utrumque invenitur) urbs fuit Thraciæ ad Pontum Euxinum, de qua Scylax, Diodorus, Strabo, Memnon, Steph. & alii. *Palm.* Δημήτριός τε ὁ καλλιστιανός] Corrigendum, ὁ Καλαπιανός. Vide nos ad Laërt. *Menagius.*

2 Τήρης δὲ ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς] Ὀδρυσῶν. Marcil. Sic legit Opſopœus interpres & vertit; at tu lector melius doctus lege Ὀδρυσῶν, & verte *Odryſarum rex*, conjungendo, quæ male diviſa ſunt. Id notum eſt etiam mediocriter litteratis ex Herodoto, & ex Thucydide lib. 2. præcipue diſces, qui fuerint Odryſæ, & quis eorum rex Teres Sitalcis pater. *Palm.* Legendum, Ὀδρυσῶν: & verſio emendanda. *Menagius.* Clar. Ægidius Menagius ad Diogen. Laert. l. 2. legendum cenſet Ὀδρυσῶν. Alm.

δὸς πε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως ἦ ⊖ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μείζονι δωρηθεὶς, καὶ ἐπιτροπεύσας πολλὰς Μακεδόνων βασιλείας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη ὅτος ζήσας, ἐτελεύτησε τὸ βίον. Πτολεμαῖος ἦ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε πέντε καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη. ζῶν ἦ, παρέδωκε τὴν ἀρχὴν ἐν δυοῖν ἐτοῖν τῷ πλουτοῦντι τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱεῖ, Φιλαδέλφῳ ἦ ἐπικληθέντι, ὅτις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. [1] Φιλαίτερος ἦ, πρῶτος μὲν οἰκήσαι τὴν ἐπὶ Περγάμου ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, εὐνοῦχος ὤν. κατέστρεψε ἦ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἔτων γηράσας ⊖. Ἄτταλος ἦ, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν ⊖. ἕκτος βασιλεύσας, ὃς ὑπὸ ⊖ Σκιπίωνι ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο ⊖ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης ἦ ὁ πόντου βασιλεὺς ὁ ἐπωνυμασθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ πέντε ἐπελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα, καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀρίαραθης ἦ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν ⊖ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. ἐδύνατο ἦ ἴσως ⊖ ἐπὶ πλέον ἀφικέσθαι. ἀλλ' ὑπὸ τῇ ⊖ Περδίκκου μάχῃ ζωγρηθεὶς, ἀνεσκολοπίσθη. Κῦρος ἦ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν ⊖ Ἀσσυρίων ὄρθι, οἷς ⊖ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γηράσκων ⊖, ἐζήτει μὲ ἵνα ἑκάστου τῶν φίλων. μεθ' ὧν ἦ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους, ὑπὸ Καμβύσου

res teſtantur. Conſimiliter Antîpater, qui maxima potentia polluit, & multorum Macedoniæ regum tutelam egit, vita ultra octogeſimum annum producta obiit. Ptolemæus Lagi filius, regum ſui temporis fœliciſſimus, Ægypto imperavit annos quatuor & octoginta natus: vivus autem tradidit imperium duobus annis antequam moreretur Ptolemæo filio, cognomine Philadelpho, qui ſucceſſit in paternum regnum fratrum. Philæterus autem qui primus Pergami principatum tenuit & poſſedit cùm eſſet eunuchus annos octoginta natus exceſſit è vivis. Attalus, cognomento Philadelphus, rex etiam Pergamenorum, ad quem etiam Scipio Romanorum imperator venit, duos & octoginta annos natus è vita migravit. Mithridates rex Ponti, Ctiſtes cognominatus, Antigonum unioculum fugiens, in Ponto mortuus eſt, ætatis anno quarto & octogeſimo, ut Hieronymus, aliique ſcriptores memoriæ prodiderunt. Rex Cappadocum Ariarathes, duos annos & octoginta vixit, authore Hieronymo. Et fortè fieri potuiſſet ætate provectior, niſi vivus in pugna contra Perdiccam captus, cruci fuiſſet affixus. Cyrus major Perſarum rex, ut indicant Perſarum & Aſſyriorum cippi, quibus & Oneſicritus qui res geſtas Alexandri conſcripſit, aſtipulari videtur, centum annos natus, amicorum unumquemque quærebat, quorum quamplurimos cùm à filio Cambyſe interemptos comperiſſet:

1 Φιλαίτερος] Corrupti ſunt Luciani codices, legendum enim eſt φιλέταιρος. Spanhemius de præſtant. numiſm. pag. 469. ed. 2. *Alm.*

1 Τοσα-

δ ἡίῳ, καὶ φάσκοντος Καμβύσου καὶ αὐτὸς τοῦτο πεποιηκέναι, τὸ μὲν π, πρὸς τὸν ἀμύητον δ ἡὲ ἀλιβλητείς, τὸ δὲ π, ὡς δ Δεινομένεα αὐτὸν αἰπασάμενον, ἀθυμήσας, ἐπλεύτα τ βίοι. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμων ἐπικληθείς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων ὁν Πέρσεως ἐπλεύτησε νοσέων, ἐξ, καὶ ὀγδοηκοστὸ ἐτῶν γεγενημένος. ὡς δ Δείνων ἱστορεῖ, τεσσαρεσκαιδέκατον, καὶ ἐνενηκοστόν. Ἀρταξέρξης ἕτερος Περσῶν βασιλεύς, ὃν φησιν ἐπὶ τ πατέρων τ ἑαυτῦ Ἰσίδωρος ὁ χαρακηνὸς συγγράφους βασιλεύειν, ἔτη τρία, καὶ ἐνενηκοστὸν βιὺς, ἐπιβουλῇ τοῦ ἀδελφοῦ Γωσίθρου ἐδολοφονήθη. Σιναρθοκλῆς δ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς, ἀπὸ Σακαυραύκαν σκυθῶν κατιχθείς, βασιλεύειν ἤρξατο. καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δ ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λούκουλλος ἐπολέμησε, πέντε, καὶ ὀγδοηκοστὸν ἐτῶν ἐπλεύτα νόσῳ. [1] Ὑσπασίνης δ ὁ Χάρακος, καὶ τ κατ' ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε, καὶ ὀγδοηκοστὸν ἐτῶν νοσήσας, ἐπλεύτησε. Τέρσιος δ ὁ μετ' Ὑσπασίνην τελέτος βασιλεύσας, δύο, καὶ ἐνενηκοστὸν βιὺς, ἐπλεύτα νόσῳ. Ἀρταβάζης δ ὁ μετ' Τήρσιον ἕβδομος βασιλεύσας Χάρακος, ἐξ, καὶ ὀγδοηκοστὸν ἐτῶν κατιχθεὶς ἀπὸ Πάρθων, ἐβασίλευσε. καὶ Μυασκίρης δ βασιλεὺς Παρθυαίων, ἐξ ὧ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Μασσιωσσᾶς δ Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐξέωσεν ἔτη. Ἄσανδρος δ ὁ ὑπὸ τ Θεῷ Σεβαστῷ ἀνὴ ἐδυάρχων, βασιλεὺς ἀνηγορεύθη βοσπόρου, ἐξὲ ἔτη ὢν ἐνενηκοντα, ἐπεμφάχων, καὶ πεζομάχησε: ἐπ' ἀμφοτέροις δὲ τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐπιτροπεύσας, ἐτελεύτησε νόσῳ.

riſſet: ac Cambyſes hoc ſe illius juſſu feciſſe affirmaret, partim ob filii crudelitatem probro affectus, partim ipſum tanquam legum violatorem accuſans, dolore confectus vitam finivit. Artaxerxes cognomento Mnemon, contra quem Cyrus frater exercitum duxit, imperio Perſarum potiens, morbo ſublatus eſt anno ætatis ſexto & octogeſimo: ſed ut Dinon ſcribit, quarto & nonageſimo. Artaxerxes alter Perſarum rex, quem patrum ſuorum memoria Iſidorus Characenus hiſtoricus regnaſſe tradit, cùm annos tres & nonaginta vixiſſet, inſidiis Goſithræ fratris eſt necatus. Sinarthoclas Parthorum rex annos nonaginta jam natus à Sacauracis Scythis redux, regnare cœpit, & ſeptem annos regnavit. Tigranes Armeniorum, rex cui bellum intulit Lucullus, ætatis anno quintò & octogeſimo morbo confectus eſt. Hyſpaſines Characus, & regionum rubro mari adjacentium rex, quinto & octogeſimo anno, morbo correptus deceſſit. Teræus qui ab Hyſpaſine tertius regnavit cùm vixiſſet duos & nonaginta annos, morbo periit. Artabazus qui poſt Teræum ſeptimus Characenorum regnum tenuit, ſexto & octogeſimo anno redux à Parthis, regnavit: & Mnaſcires Parthorum rex, ſex & nonaginta vixit annos. Maſiniſſa Maurufiorum rex, nonaginta vixit annos. Aſander à divo Auguſto, pro gentis præfecto, rex Boſpori declaratus, circa nonageſimum annum, equeſtri & pede-

1 Ὑσπασίνης δ ὁ Χάρακος] Χάρακι πόλις. Ptolomæo Suſianæ oppidum ad Sinum Arabicum, inter Tigrim & Eubæum, flumina, ſitum. Malè Interpres, *Characus*. De Iſidoro Characeno mox ſermo erit. *Menagius.*

χων ἐδδοὸς ἤτιωτο φύσιν. [1] ὡς ἰδὼν ἐώρα τὸν ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ σπουδασθέντα ὑπερόριον σιτίων ἐπιλευτήσαντα, βιὼς ἔτη τρία, καὶ ἐνενήκοντα. [2] Γόασος, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ χαρακηνὸς, ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῦ ἡλικίας [3] ὁ Μάνων τὸν Ὁμανηνὸν Φόρον βασιλεύσας, πεντηκαίδεκα, καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐπελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν δὴ τοσούτους ἰσορήκασι μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ τῆδε παιδείαν ἔχοντες, ἐπιμέλειάν πως εἶχον παντὸς μᾶλλον ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν ὥρας ἦλθον, ἀπαρξάμενοι τούτων τῶν ἰσορημένων, καὶ πρῶτος μὲν φιλοσόφων. Δημόκριτος μὲν ὁ ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς πρεσβύτερος, καὶ ἑκατὸν, ὑπερόριον πρὸ φῆς, ἐπελεύτα. [4] Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, σεσχολὼς τὴν Πυθαγόρου φιλοσοφίαν, ὑπὲρ τὰ πέντε, καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, καὶ Πιτ-

pedestri pugna nulli inferior apparuit: qui ut animadvertit rem militarem Scribonio commendatam, cibo abstinens diem obiit, cùm tres & nonaginta annos vixisset. Goæsus authore Isidoro Characeno, quo tempore Mano Arabibus imperavit, centum & quindecim annos natus morbo periit. Tot quidem reges longævos memorarunt majores nostri. Quandoquidem autem etiam Philosophi, & omnes qui artibus ingenuis operam dederunt, habita sui cura, in longam senectutem venerunt, eos qui literis proditi sunt, adscribamus, ac primùm Philosophos. Democritus Abderita centum & quatuor annos natus, cibo abstinens, obiit. Xenophilus Musicus, ut refert Aristoxenus, Philosophiæ Pythagoricæ candidatus, ultra centum & quinque annos Athenis vixit. Solon, Thales, & Pittacus qui è septem

1 Ὡς δὲ ἰδὼν ἐώρα τὸν ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ σπουδασθέντα ὑπερόριον σιτίων ἐπιλαβόμενος] Ita vertit interpres, quam bene, viderint alii; certe non id tinniunt verba Luciani, quæ sic vertere debebat: *ut autem vidit eos, qui sub ipsum pugnæ tempus ad Scribonium deficiebant.* Ea historia extat apud Dionem Cassium lib. 54. Scribonius, qui se à Mithridate ortum gloriabatur, regnum Bosphori affectavit, & ut ex hoc loco colligitur, defectione militum ad angustias maximas redactus Asander rex Bosphori inedia mortem sibi consciv it, in cujus locum regnavit Scribonius, qui expeditionis suæ & regni affectati Augustum auctorem mentiebatur. Sed paulo post à Bosporanis ipsis, qui dolum deprehenderant, cæsus est; & in ejus locum regnavit Polemo, quem Vipsanius Agrippa contra Scribonium adornaverat. *Palm.*

2 Γόασος δὲ, ὡς φησιν Ἰσίδωρος] Isidorus historicus, ut occupavit Benedictus, vocatur *Characenus* quia Charace oriundus fuit: sed deinde mea ex sententia scribendum est, Ὁμάνων, ita ut Goæsus Omanorum, qui regionem Thuriferam (hoc additur ut ab aliis ejusdem nominis populis distinguantur, quomodo & Plinius *Canam Thuriferæ regionis* dixit) inhabitans fuerit rex: totusque locus ita vertendus sit: *Goæsus vero, Isidori Characeni, ut ipse narrat, tempore Omanorum, qui regionem Thuriferam colunt, rex.* Sic sensus clarissimus qui alioquin nullus. *G. Cuperus observat. l. 4. c. 18.* Alm.

3 Ὁ Μάνων] An legendum Ὁμάνων, plur. genitivo? *Menagius.*

4 Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, &c. ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη] Et quidem sine ullo corporis incommodo: quod solitarium esse, & id solitarium reperiri exemplum, ait Plinius. *Idem.*

1 Ξενο-

ζανὸς, οἱ πάντες τῶν κληθέντων ἐπτὰ σοφῶν ἐγήρασε, ἑκατὸν ἕκατον ἔζησεν ἔτη. Ζήνων ὁ ὁ τῆς στωϊκῆς φιλοσοφίας ἄρχων, ὀκτὼ, καὶ ἐνενήκοντα. ὃν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα, ἀναφθέγξασθαι, τί με βοᾷς; καὶ ὑποτρέψαντα οἴκαδε, καὶ ἀποχόμενον τροφῆς, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης ὁ ὁ Ζηνώνος μαθητὴς, καὶ διάδοχος, ἐνέα, καὶ ἐνενήκοντα ἔτος γεγονὼς ἔτη, φύμα ἔσχεν ἐπὶ τῷ χείλει. καὶ ἀποκρυπτόμενος, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος τροφὴν, καὶ σχάσας ἀφ' ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποχόμενος αὖθις τροφῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον. [1] Ξενοφάνης ὁ ὁ Δεξίνου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν, καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος μαθητὴς ἡγεμόνευσε, τέσσαρα, καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης ὁ, ὁ τῆς νεωτέρας ἀκαδημίας ἄρχων, ἔτη πέντε, καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος, ἓν, καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης ὁ ὁ σελεύκεως ἀπὸ Τίγριος, στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ, καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ ὁ ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα, καὶ ἱστοριῶν συγγραφεὺς, πέντε, καὶ ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ περιπατητικὸς, ὑπὲρ δύο, καὶ ὀγδοήκοντα. Πλάτων ὁ ἱερώτατος, ἓν, καὶ ὀγδοήκοντα. [2] Ἀθηνόδωρος, Σάνδωνος, ταρσεὺς, στωϊκὸς, ὃς ἐδιδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις ἐφόρων ἀνεφάνθη, δύο, καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι. καὶ τιμῶσι ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτὸν τα-

ptem ſapientum numero fuerunt, centum quiſque vixit annos. Zeno Stoicæ Philoſophiæ princeps, octo & nonaginta: quem ajunt in concionem prodeuntem offenſo pede exclamaſſe, Quid me vocas, & domum reverſum inedia vitam finiviſſe. Cleanthes, Zenonis diſcipulus & ſucceſſor, novem & nonaginta annos natus, tuberculum in labiis habuit. Cumque decreviſſet inedia mori, allatæ ſunt literæ ab amicis quibuſdam, tum ille ſumpto cibo, præſtitit quæ amici poſtulabant: exinde iterum abſtinens, vita migravit. Xenophanes Dexinis filius Archelai Phyſici auditor, unum & nonaginta annos vixit. Xenocrates Platonis diſcipulus quatuor & octoginta. Carneades recentioris Academiæ princeps, quinque & octoginta. Chryſippus unum & octoginta. Diogenes à Tigride Seleucenſis, Stoicus Philoſophus duodenonaginta. Poſidonius ex Syria Apamenſis, lege Rhodius, ſimulque Philoſophus, & hiſtoriæ ſcriptor, octoginta quatuor. Critolaus Peripateticus, ultra duos & octoginta. Plato Philoſophorum ſanctiſſimus, unum & octoginta. Athenodorus, Sandonius Tarſenſis Stoicus, qui fuit divi Auguſti Cæſaris præceptor, cujus precibus Tarſenſis civitas vectigalibus levata eſt, duos & octoginta annos agens mortuus eſt in patria: & Tarſenſis populus ipſi tan-

1 Ξενοφάνης δ' ὁ Δεξίνου] Δεξίν, ſcriptum eſt apud Laërtium. *Menagius.* Videatur Diogenes Laërtius in vita Xenophanis, & in eam Commentator erudi iſſimus Ægid. Menagius. *Alm.*

2 Ἀθηνόδωρος Σάνδωνος] Malè Interpres, *Athenodorus Sandonius.* Verte, *Sandonis filius*: & vide nos ad Laërt. pag. 15. *Menagius.*

πρὸ ἔτους ἑκατοστοῦ λαπίμῳ ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ ὁ σοϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο, καὶ ἑνενήκοντα. Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου, ὑπὲρ τὰ ἑνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Οὗτοι μὲν φιλοσόφων οἱ ἐνδοξοι. συγγραφέων δὲ, Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἰκοστὸν τεσσάρων ἐτῶν ὢν ἐν ἀθλήτου ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ, ὁ πολέμοις ἐνηθλημένος, καὶ πολλὰς κακώσεις ὑπομείνας, καὶ πρᾶγμα ἔζησεν ἔτη τέσσαρα. καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ συνάτῃ τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἱστορίων λέγει, καὶ διαμάζει μὲν τὸν ἄνδρα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄριστον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις μηδενὸς ἐνδεᾶ τὸ πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ λέσβιος, ὀγδοήκοντα, καὶ πέντε. καὶ Φερεκύδης ὁ σύριος, ὁμοίως ὀγδοήκοντα, καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης ἓξ, καὶ ἑνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ κασσανδρεὺς, ὑπὲρ τὰ ἑνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι. τὸν ἱστορίαν δὲ, τέταρτον, καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς, ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῶν πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀνελθὼν, ἀφ' ἵππου πεσὼν. καὶ ἐν τούτῳ νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο, καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ ὁ ἀμισηνὸς συγγραφεὺς, ἀφ' ὅλων μαθημάτων γεγύμνωται, ἔτη δύο, καὶ ἑνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ, Γοργίας, ὃν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτὼ. τροφῆς δὲ ἀπορρήξας, ἐτελεύτησεν. ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως, καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, ἀφ' οὗ μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων ἡδοναῖς. Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα, καὶ ἓξ ἐτῶν γεγονὼς, τὸν παναγυρικὸν

bitationem eorum instar carceris sepulchrale, vel nullum vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub dio semper, & inquietas. Capeo perpetuum aliquo quoddam eorum exilium. Quos patriæ eorum alios profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, privatos omni (quo nihil est in vita dulcius) conjugis sobolisque fructu ac jucunditate: quis non abjectissimos, longeque omnium mortalium miserrimos esse judicabit? Prætereo Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta navigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec vita quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitæ usque discrimen quotidie jactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est, qui idoneus magis, quàm ego, testis adhiberi queat: qui cùm multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam navigantem invasit, tam sæva atque horrens, ut horrori sit adhuc mihi ejus recordatio. Non possum certè (ut par esset) explicare tibi acerbitatem illius tempestatis, sed quanta exiterit, ex hoc facilè conjecturam facere potes, quòd Æneam ducem, cujus summa constantia & animi fortitudo ubique decantatur, vidi ego contrementem graviter atque ingementem, extentisque ad cœlum manibus beatos longè inclamantem eos, quibus ad Trojam oppetere contigisset, lamentantemque pari ab eorum morte ac fortunâ, à Diomedis gladio se ereptum extitisse, crudelem equidem diem illum esse omnibus ultimum, neque ex numero nostro quenquam putavi evasurum. Non ipsum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandævumve Aletem, quorum navis longè disjecta, ad summumque penè exitium adducta, nescio quæ visilia, nisi divina liberavit. *Cha.* Non incognita mihi narras: hæc ea ipsa die rescivi. *Pal.* Quo id modo? *Cha.* Quo id modo rogas? Antaxem illum fidumque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ navis, isquidem tunc submersus concessit ad me, illico exponens mihi ex ordine omnia, quæ tu disseruisti, implorâns deinde opem, cogitansque multum, ut se ulteriore in ripa sisterem, quòd nunquam passurus foret, quum inter fluctus adhuc corpus suum sine sepulchri honore jactaretur. Nunc agit se se circum hæc stagna mœstus, atque errabundus: vidisti illum? *Pal.* Et tùm vidi, & unicum meorum solatium hahui, dum tantisper in ripa moratus, pariter cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristi ejus interitu retulisti, cujus adhuc imago subit mihi, dum excussum è puppi, confestimque eum atque circumactum, horrendum, à fluctu rapido tandem æquoreo vortex absorpsit. Sanè quod ad me pertinet, mihi edisseram: qui licet eam quæsierim tempestatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inveni, excussus & ipse, pariter atque jactatus inter undas (quod deerat) insuper ferro præterea obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quàm Æneæ, meo, ne tantis undis surgentibus, spo-

spoliata magistro navis deficeret: hæccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas, sic illis vivitur, sic moritur. Tui nunc & aliorum defende studia, & artes, contendeque, si libet, majorem esse etiam eorum miseriam & calamitatem, qui patrias incolentes suas, uxorumque ac filiorum societate beati quiescunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commodè, habitant magnificè, vestiuntur cultè, convivantur lætè, cubant molliter, jucundos suos ac geniales agunt dies. Adde qui in urbibus optimates & primarii magnam sibi vendicant autoritatem, habenturque summo in precio atque honore, qui jus dicunt, qui causas agunt aliorum, qui fasces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel assistunt principibus, vel principes ipsi magni illustresque sunt. Quibus nec optabilius quicquam in vita esse video, neque beatius. *Cha.* Falleris longè Palinure, nam quos beatiores esse arbitraris, miseriores illi sunt ulla fine dubitatione. Neque enim negaverim sortem subjectam esse nautarum magnis malis: sed ita subjectam, ne comparatione aliarum, quæ majoribus etiam gravantur incommodis, minùs certè misera judicanda sit. Quid enim tristius (ut ad tuos veniam) qui patrias suas colunt, quid miserabilius, quàm domi suæ agere, & ita agere, ut jucundiorem aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ ulla major calamitas, quàm circundari urbem hostibus, ingruere bellum, volitare tela, stringi enses, perfodi muros, fremere tormentis, saxo dirui domos, tremefieri & concuti? quemque fame sitique deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, spoliari templa, dirumpi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conviciis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati uxores, stuprari gnatas. Videntur an hæc tibi mala, Palinure, & an his quæ tu meministi, ulla ex parte comparanda? *Pal.* Quàm vera narras, ô Charon, quàm nunc vel audiens ista perhorresco. Venit enim mihi in mentem, gravis illa & deploranda patriæ meæ desolatio, Trojæ inquam, tam præpotentis olim atque prædivitis, cujus eversione nihil credo referri posse crudelius, aut lachrymabilius, tantaque fuit calamitatis ejus magnitudo, ut longè plura etiam atque tristiora quàm tu suprà memoraveris, sibi contigerint: quæ si velis, omnia tibi, ut rem certiùs agnoscas, explicabo. *Cha.* Haud opus est, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non secus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciaverunt, ut quæque adventabant animæ, ex illo bello profectæ. Nihil certè, ut nunc tu dixisti, pervenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius. *Pal.* Faxo ut jubeas, sed advertas Charon, gravissima licèt hæc sint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum, quæ suprà exposui. *Cha.* Referam ergo alia frequentiora, & ex ipsis quidemmet civitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miseriam. Vade oro, & per civitatem, plateas porticusque discurre, quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, insimulationes

peſtilentiſſimas, optimi cujuſque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, invidentiumque venena. Diverte modò greſſum, & artificum, mercatorumque tabernas ac conventus pete: quid aliud deprehendes, quàm ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptioneſque manifeſtas. Transfer dehinc te in fora publica, ſedeſque judiciarias: quid aliud audis, quàm undique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum jurgia, & contentiones, teſtium perjurationes, cauſidicorum prævaricationes, judicum corruptiones, præſidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obviam tibi habebis, quàm exultantes improbos, lugentes bonos, oppreſſas viduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altiùs oculos, & atria principum perſcrutare, quam non videbis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionem, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quæſtorum improbitatem: quam non potentum hominum in tenuiores vim atque inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerari, proſcribi? *Pal.* Gravia hæc nimis ac miſerabilia. *Cha.* At reſtant alia, quæ non minùs tibi graviora & miſerabiliora videbuntur. *Pal.* Perge. *Cha.* Quæ fortaſſis etiam graviora & miſerabiliora judicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis. *Pal.* Fare. *Cha.* Nolo tibi Palinure afferre in medium graves longoſque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, cæterarumque diſciplinarum ſectatores, æſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, diſtrictas habitationes, infinitaque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſollicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantaque dicenda ſe offerent, ut præ longitudine malorum ac mole, citiùs navigatio noſtra quàm oratio finem poſſit invenire. Omittam itaque & commemorabo tantum, quas inter domeſticos parietes, tum ſervorum, tum uxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent, qui gubernationi præſunt rei familiaris. Cujus ſi ita ut navalis expertus, facilè quicquid dicturus ſum, me etiam tacente, & intelligeres & approbares. Nam ſervorum primò in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignaviam: nemo eſt qui non videat magnam afferre his, qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes, vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quàm verò gravem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes ge-

gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immenſaque adeò cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos, poſtea habere contingat, quæ dolenter eos ferre arbitraris, dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenii, dum effœminati & molles, dum dilapidant & evertunt patrimonia, dum nullo bono operi & ſtudio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitam ducunt ſuam? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inviſas? Quarum lingua nihil pernicioſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ jurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint cætera, nunquam tamen lachrymæ, gemitus, & ſuſpiria: quæ cæca ſua, qua tantum ardent ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quæſtus, in dira ſcelera. Non refero turpiſſima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam, ea quanto dolore afficiant bonos conjuges, nemo ſatis unquam, meo judicio, enarrare poſſet, ſed magnum doloris argumentum præſtant, & graviſſimas cædes, & ingentia, quæ ſæpè propter corruptas uxores, bella exarſerunt. *Pal.* Hoc plus, quàm velim, ſcio: nam arduum illud, quod ego vidi, Græcorum & Trojanorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excrevit rabiem, quam nulla mundi regio ignoravit. *Cha.* Quæ toti mundo manifeſta ſunt, ea tantùm noſti Palinure, at ſi ſingula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum ſtuporem, ut ſtupeſcens, etiam præ miſeratione conjugalem vitam lachrymares. *Pal.* Hui quid narras? *Cha.* Narro quæ quotidie video, & pertracto. *Pal.* Ergo conjugia putas polluta & coinquinata? *Cha.* Minimè, id nunquam dixerim. *Pal.* Atqui multas memini me vidiſſe ea præditas honeſtate, ea religione ac vitæ integritate, ut divinum quiddam magis quàm humanum redolere viderentur. *Cha.* Et multas utique ejuſcemodi eſſe confiteor, ſed eas quidem, quæ optimis honeſtiſſimiſque ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis ſobrios & caſtos mores: quæ ſanctis parentum ſuorum exemplis educatæ vitam inſtituerunt, peccare caſtigatæ, ſapienter ad manſuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad divinum cultum, ad rectum compoſitumque regimen rei familiaris. Quæ ſe à thiaſis, ſaltibus, jocis: quæ ſe à ſpectaculis, ab immodeſtiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Cæterùm quæ contra ſanctitatem, quæ malis inſtitutis, perverſiſque parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint, aſſuefactæ deliciis, atque turpi ocio, quæ nihil niſi ſaltare, canere, fides pulſare didicerunt, quæ præterea oculis ſuis auxerunt matrum præſertim obſcœnitates & immunditias. Haſce qua fide & integritate eſſe putas erga maritos? Illabuntur ſiquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla, inde rarior etiam, quàm reris, eſt

hymenalis honestas: quò qui eas vel emendatis instituant moribus, vel sancto invitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vosque ea, vanum vulgus, ita ut cernitis, vera ducentes esse arbitramini. At ego nihil quam quod res habet de eis judico, nuda enim hîc omnia atque aperta sunt. Non veste hîc teguntur maculæ, non pallio obnubuntur scelera, exertos omnes ac nudatos, rerumque omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum maleque actum est, hîc fronte coram ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiam nudas, ita ut prædixi, transveho umbras. Quàm proinde ingentem video earum turbam, quæ cum impudicitiam longè apertam ostendant suam, pudicissimæ tamen in vita habeantur. Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hyphocrisim, quot aliorum obscœnos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes. At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas uxores. Laudant inter cœtus & prædicant, quasi pudicitiæ principes. Statuunt mausolea, plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi, & pronunciari curant in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes, Palinure? Et an comparationem ullam habere putas, cum his nautarum, quæ ea severitate & acrimonia recensuisti, ut cætera læta, fausta, deliciarumque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent. *Pal.* Haud equidem tanta in civitatibus privatisque domibus, quanta modò enumerasti mala regnare credidissem. *Cha.* Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum usum atque experientiam habent. *Pal.* Ita fit. *Cha.* Quid si animadvertas labores quos præferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam hujusmodi res duræ assiduo quodam usu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur, quas verò ego memoravi, cùm animum magis affligunt, non ita usus & assuefactio mitigare atque edomare potest. *Pal.* Consentio tibi jam, gaudeoque in eam lucem te illustrante perveniſſe, ut intelligam tam magnam aliorum & majorem etiam, quàm nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere, quin principes salrem ac magni viri, non dicam, nautis, sed cæteris insuper quibuscunque mortalibus beatiores sint. *Cha.* Cur? *Pal.* Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. *Cha* Quibus? *Pal.* Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. *Cha.* Hisce? *Pal.* Hisce & multò pluribus. *Cha.* Erras. *Pal.* Errorem hunc optassem in vita mihi. *Cha.* Deliras. *Pal.* Maluissem ita delirare, quàm tua cum sententia sapere.

pere. *Cha.* Quid, si nihil illis miserius? *Pal.* Quid, si nihil beatius? *Cha.* Haud unquam hoc mihi demonstrabis. *Pal.* Non tibi ii beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? quibus convivandi, cubandi, ungendi, lavandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint arva, equi, canes: quibus tot sunt servi, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, adsurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimiços, trucident rebelles? *Cha.* Non est tam magna, ut existimas Palinure, eorum beatitudo. Non parit certè fastidium tanta bonorum continuatio, tantaque affluentia: neque sapit tantũ, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Præterea quomodo eos tu beatos judicare potes, qui tantis opibus atque deliciis suis nunquã fruuntur cum jucunditate, nunquam cum gaudio? Qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent se, nunquam relevent animum, nunquam exultent? Qui tanta licet bonorum ubertate redundantes, tristitia tamen semper obducantur, sollicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multò optabilior videtur privatorum conditio, quorum & vita securior, & voluptates etiam, si mentem intendes, majores sunt? Quos summa semper condit hilaritas, mulcet festivitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem communis, quæ cum uxoribus & filiis vita exigitur. Dum cubant tutè, vescuntur lætè, jocantur modestè? Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se & æqualium parem vitam, domesticum usum, frequentem conventum? Quid eorum amore suavius, confabulatione gratius, curis melius atque commodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum convivia, ludi, cantus, solationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis, cujus nec stillam principum aliquis degustavit? *Pal.* Haud intelligo Charon, hanc quam refers, regum tristitiam atque anxietatem, qui inter risus tantùm, blanditias, jocosque versentur, quibus semper psallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad transigendam hilarem vitam excogitari potest, exhibeatur. *Cha.* Etiam ut video judicas Palinure, quæ oculis tantum patent, quo errore decepti mortales, plurimùm seduci solent: sed quod certum afferre possunt judicium, exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis sunt veritatis? Aut quid certi promittere & ostentare potest frons hominum, quæ plures quàm Proteus species mentiri, atque in plures mutare queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latebræ: quas si pervidere ita ut frontem, posses, proh dolor quantam ibi malorum turbam: quantam formidinum atque strepitationum aciem introspiceres? quot angores, sollicitudines, suspiciones? quot pestilentes morbos & perturbationes?

quanta aperirentur ulcera, quot plagæ & cædes, quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera, quæ nec somnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium jucundum, nec delicias jocosque lætos esse permittant. *Pal.* Nesciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala, sed cur illis contingant tanta, non capio. *Cha.* Contingunt tanta propter graves inimicitias acerbaque odia, quæ continuè cum finitimis civitatibus, cum subditis sibi populis, cum sibimetipsis etiam gerunt: quo fit ut ingravescentibus odiis, increscentibusque injuriis, quibus quotidie afficiunt quemque, necesse sit illos torqueri & affligi graviter, confidere nemini, suspicari omnia possunt, extimere muscas etiam (ut ajunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, tristitia & mœrore detineri semper. *Pal.* Adducis me facilè, ut credam, suspectas eos habere finitimas civitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua, quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur. Cum suis verò quibus imperant populis, nihil accipere possum, nisi amatorem & dulcissimam pacem? Porrò si cum finitimis sint inimicitiæ: si oriantur bella, ac demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captivantur hostes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria, victoriis celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & urbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se lætitia, atque erga principes fides & amor crescit. *Cha.* At tantùm narras quæ prospera sunt & læta, ac quæ frequentibus accidunt adversa & tristia prætermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam verò vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis dejici, sed majora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & cædes sustineat, comperies longè majore damno quàm lucro partas eorum victorias constare, discussaque ratione deceſſisse plus illis quàm accessisse. His adjicias ut populorum etiam suorum odia, nedum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella, & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo navigio, longa armorum & machinarum præparatione, quæ quum magno & inæstimabili constent sumptu, nec proprii suppeditent reditus, necesse est novis vectigalibus vexare populos, novas inducere præstationes, novas angarias, augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradi marsupia, imò viscera pauperum, parvos atque magnos dirripere, spoliare, conculcare. Inde fit, ut quum invisos manifestè se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, conjectari omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, ut quos injuria affecit, nunquam revocari in amicitiam, nunquam mitigari & ad veniam moveri posse putet: proinde magis insurgitur, graviores itur in injurias, hunc proscribunt, illum carcere includunt,

dunt, quorundam patrimonia publicant, alios jugulari aut ſtrangulari jubent, voluntate pro ratione utuntur: eorum quoque quos tantis læſerunt malis cognatos, affines, amicos, ſocios, ſervos, quaſi fidei ſuæ diffidentes perſequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt ſibi, acuuntque ipſi non minùs odia. Nam non minùs rebus ſuis ac ſaluti ſuæ timent. Ita pedetentim civitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit novas cogitationes, nova concilia molitur. Mox eò deveniunt, ut hæc intelligentes videant, quantæ ruinæ quantoque præcipitio ſubjaceant, quàm tenuiſſimo quaſi quodam filo pendeant imperia ſua. Tunc cernas eos pallere, triſtari, conſumi, expavere omnia, torqueri ſcelerum ſuorum conſcientia, quæ prima eſt pœnarum omnium, timere hoſtium inſidias, civium conſpirationes, domeſticorum proditiones, oppreſſorum vindictas. Tunc ſecurum nihil exiſtimare, niſi quòd vi ac ferro teneantur. Propterea non credunt ſe tutò cuiquam, non miniſtris, non neceſſariis, non germanis, quorum majorum etiam quàm aliorum authoritatem magis formidant, arcent ſe ab aſpectu & præſentia omnium, cingunt ſe foſſis & aggeribus, claudunt ſe arcibus, quaſi ad perpetuos damnati carceres, cuſtodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis ut obſidere eos putes, circumvallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil jucundum: dormiunt cum magna inquietudine, cum majore etiam vigilant. Terret illos conventus hominum, angit ſolitudo, timent colloquia, timent ſalutationes, timent dona, ſuſpecti illis aditus, ſuſpectæ ſellæ ſuſpecti cibus & potus: qui nec etiam niſi præguſtati ſumuntur, ſuſpecti pellicum & item uxorum thori. Quibus mirum eſt, cur ſine cujuſquam præguſtatione congrediantur: ipſos verò, quorum ſe cuſtodiæ commiſerunt non minùs extimeſcunt, quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam, eo magis augetur eorum timor & miſeria, quo armatos pro firmiore illos præſidio eſſe neceſſe ſit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abjectiſſimos quoſque ſibi deligunt, eoſque frequentiùs comitantur, dejiciunt ſæpius ac exterminant, quò ſaluti ſuæ (& ſi non alia, at ſaltem hac via) conſulere poſſint. Quid fœdius & ignavius dici queat, quàm hominibus immanibus, flagitioſis ſe committere: ſuos verò, prudentes, ſobrios, juſtos ſpernere atque devitare. Quanta iſta tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens ſemper angore afficit metus, quo non modò animi graviter excruciantur, ſed cuncta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſſipantur. Quantæ iſtæ eorum deliciæ, quanta gaudia: qui tranquillitatem nunquam & pacem ſibi, ne dicam populis ſuis, aut hoſtibus conceſſerunt, expertes omnino tam ſanctiſſimi atque omnium dulciſſimi boni. Quænam ubertas iſta bonorum, quæ diſtracti aliunde, neque ſciant, neque viſant, neque pertractent, neque guſtent unquam. Quanta iſta imperii bona? quæ quum ipſi videre & attrectare non poſſunt, committant neceſſe eſt aliorum curæ & gubernationi, ignari rerum ſuarum, neſcii omnium fermè, quæ ſub

se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præsertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas commendationes audiunt, quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos pœnis afficiunt? Quodque gravius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quosque læduat, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant. Quid mirum, si exardescunt postea populorum odia, si labefactatur postea eorum status atque desolatur? quanta ista, quamque optanda imperia, cum quibus & servitutem pessimam degant, subjecti tantis perturbationibus, tantis insidiis, subjecti ipsis etiam, quos sibi subjecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicujus criminis rei: coarctati instar ferarum, exclusi ab omni, quæ foris capitur recreatione, privati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, sed cæteris insuper quibuscunque animantibus: cujus privatione, quid est quod tristius aut infelicius contingere possit? *Pal.* Non credis Charon bonos aliquos mitisque & moderatæ naturæ Tyrannos esse? *Cha.* Imò multos credo, sed tanta est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, ut quos semel invaserit, sint summa quanvis bonitate præstantes, adeò illiciat eos, illicienisque depravet, ut vita potiùs quàm imperio, quod jam occupaverunt, carere possint, vel ad conservandum, vel ad amplificandum contendunt unguibus dentibusque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui conservationis, amplificationisque suæ gratia multis non magnas inferre injurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimas ut pati anxietates contingat. *Pal.* Miror cur tantis in malis, quæ planè ita, ut narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciunt cupidine honoris & gloriæ. Quid nimirum tam præstans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modò expostuisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assurgi sibi, via decedi, inclinari cervicem, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & divina numina plurimum capiant, facilè intelligi potest, quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. *Cha.* Quæ tantum capere potest Tyrannos ullius honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certò invisos omnibus esse sciunt. A quibus si laudentur, si audiantur, si sibi assurgatur atque incurvetur, intelligunt palàm vel assentationis, vel timoris causa id fieri. Quare non est ita dulcis, ut putas, hujusmodi honoris & gloriæ exterfio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is est, qui in privatos homines ab amicis & benevolis honor exhibetur, propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus quidem, quo & divina numina capiantur. *Pal.* Nullam ergo video causam, cur tantopere imperia desi-

de-

derentur, desideratæque conserventur: nisi quòd habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quisque plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum, acquirere possit, nullo parcit labori, quantumvis magno & intolerabili. Neque ullus tam amarus labor, quin propter quæstum & majorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus possideant, super omnes & beatiores videntur, licet cætera eis tristia sint atque peracerba. *Cha.* Neque istud quidem affert ullam beatitudinem, nam in primis non efficit divitem major abundantia, sed minor cupiditas. Qui enim parvo contentus est, id tantùm cupit, quod necessitati vitæ sufficiat: Is abundè est locuples, propter honestum: quod facilius implere potest desiderium, quod quum & impleverit, liberatus est ab omni, qua alii rapiuntur, habendi anxietate. Qui verò, quantum libet, dives plura concupiscit, pluribus indiget, quia perseverante acquirendi infatietate efficitur minus voti compos. Quo enim magis crescit multarum rerum possessio, magis etiam cupiditas, neque finem unquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non est judicandus quisque, vel locuples multitudine, vel pauper paucitate divitiarum: sed vel rerum magis implemento vel necessitate. Nam si multitudinem excedunt sumptus, quomodo potest is credi dives, qui minùs habet, quàm necesse esset: quare quum necessitatem sæpius magnam patiantur, qui tantam imperii molem administrant, indigentiores etiam putandi sunt privatis hominibus: quibus licèt tenues sint opes, at necessitatibus saltem suis vel pares, vel superiores. Taceamus graves, quas quotidie expiationes vel rapinas perferunt à quæstoribus suis, & ab his maximè, quorum fidei magis credunt: qui, quo majora etiam nacti sunt imperia, eo majora utique furta, majoremque proinde rerum suarum diminutionem patiuntur, à quibus privatos saltem homines liberos esse constat. Qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare, & attentius omnia intueri possunt. Dicamus verò curas & labores, quos in administrandis tantis opibus, gubernandoque tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortiores quàm Herculis humeros necesse est ad sustentandam tantam molem: plures etiam quàm Argi oculos ad tantàm rerum varietatem pervidendam atque distribuendam, plura quoque quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandaque tot ac tanta, cùm hostium tum populorum suorum, quæ illis negotia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debilitetur? quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cujus est tanta valetudo, tantum robur, qui se tam vasto curarum ponderi parum audeat polliceri? Cujus est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseverans? quin tam multis tamque continuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquam quoque confringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantùm, qui hæc ultima loca colimus, loquamur. Verùm putas, Palinure, beatiorem esse vel me, qui pauperrimus

rimus ſum omnium, qui nihil præter hanc, quam cernis, puſillam lintrem poſſideo: vel Plutonem tam lati, tamque immenſi regni tyrannum: intelligo, etſi taceas, quale de hoc ſis judicium prolaturus, crede mihi, minimè meum cum ſuo ſtatu commutarem. *Pal.* Quare? *Cha.* Quia lætus ago, & ſumma cum quiete. Non ullius rei ullam gero, niſi transvehendi haſce huc deſcendentes animas, & conſervandi incolumem hunc faſelum meum, ſolicitudinem. In qua dicam tibi quicquid eſt, quod me gravet. Quum enim propter vetuſtatem fatiſcat aliquando rimis, curare me oportet, ut reſtituatur integritati ſuæ. Quare eum conſuo ſæpius, & obſtruo, ſi quid rimarum eſt: hæc omnis mea cura eſt, hic omnis labor. At Pluto, cum tantis divitiis ſuis, ac regno tanto nunquam lætatur, nunquam quieſcit, tot curis carpitur, quot repletur hic umbris locus, implicatum ſemper habet ubique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus miniſtris, huic mandat, illum terret, alios acciri jubet, metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne ulla ex parte irradiet regno ſuo. Sæpe & fulmen magni fratris, ne penetret averna atque labefactet: quoties vidi ego illum, dum rebus ſuis timet, injectum ſummo curru peragrare omnem hanc regionem, luſtrare fines, ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiam in ſuperum orbem, circuire terras, perveſtigare quodcunque periculum perferre poſſet, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cum multis in locis, at maximè ea ſolet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam cum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquaſſat illam patriam. Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella inferre cœlo, injecêre ſuperi ejus corpori Trinacriam, ſub qua ab omnibus undique montibus preſſus & gravatus, conatur ſæpe ſe attollere, impoſitaque ſibi rejicere. Proindeque magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut hæc loca noſtra concutiat graviter, & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optanda ſit ſors hujus inferni tyranni, cujus tot dividitur animus curis, tot propellitur tumultuationibus, quem tot oporteat præcavere pericula, tot diſpenſare miniſteria, omnia percenſere, omnia corrigere, omnia vel ipſe gubernare, vel aliis gubernanda committere. Attende rogo, & vel ex hoc uno collige ejus felicitatem. Nam ſi me deficere contingeret, huic naviculario miniſterio, quod ita neceſſarium eſt, ut vides, neceſſe eſſet eum vices meas ſubire: ne alioquin deficiente portitore, regno ſuo malè ſuccederet. *Pal.* Hoc profectò non modò verum eſſe video, ſed manibus etiam ipſis (ut ajunt) tango. Nam ea nocte, quâ aliàs ſomno gravatus è puppi in mare excuſſus fui, id continuo ſenſit Æneas meus, qui errantem ſine magiſtro navem intelligens, gubernavit eam tota ipſa nocte, non indignatus, quòd quæ ſceptrum geſtare ſolebant, remum etiam manus attrectarent. *Cha.* De magno ejus germano nihil loquor: non me latet, quantos & ille labores ac curas ſuſtinet: ſed id præcipuè ſcio,

quum

quum temeritate Phaëtontis totus penè orbis conflagraſſet: quantum tunc regno ſuo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, exploravit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem undarum, cujus plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari poſſent, ſed præſertim quæ ſub illa quoque Phaëtontea conflagratione ad ſummum penè uſque exitium cum toto regno ſuo eum affecerunt. *Pal.* De hoc poſſum, quod oculis meis vidi, afferre teſtimonium: vidi equidem tempore illius, quem ſuprà retuli, horrendæ apud Siciliam tempeſtatis commotum graviter Neptunum, & ex alto proſpicientem vocaſſe ad ſe Eurum & Zephyrum, increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe ocyus omnia atque tranquilla reddidiſſe. Quod argumentum præſtat mihi evidens, plurimarum, ut inquis, ac maximarum, quòd omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint, curarum ſuarum. *Cha.* Dic oro Palinure, putas-ne jam beatam eſſe tyrannorum vitam? *Pal.* Minimè. *Cha.* Optares-ne vivens eorum ſortem? *Pal.* Vt quid optarem, in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſtè intelligo? *Cha.* Ergo certo eos arbitraris miſeros? *Pal.* Non miſeros modò, ſed omnium etiam miſerrimos. *Cha.* Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. *Pal.* Quid mirum, ſi cæcus laudet tenebras, quas poſtea luci reſtitutus damnet? *Cha.* Vis ut & alia eorum mala tibi referam? *Pal.* Reſtant item alia? *Cha.* Et alia & graviora. *Pal.* Quid audio graviora? haùd unquam iſtud credam, poſſe his, quæ modò dixiſti, gravius aliquid addi. *Cha.* Credes, quum audieris. *Pal.* Dic ergo. *Cha.* Vides ut appropinquamus jam ripæ, non poſſum longiora tecum jam facere verba. *Pal.* Rogo te mi Charon, ne fallas avidiſſimam expectationem meam. *Cha.* An cæterarum umbrarum quas in littore reliqui avidiſſimam etiam expectationem vis ut fallam? *Pal.* Non diu moraberis, perge ô mi Charon. *Cha.* Imò diutius, quàm ſoleò, demoratus ſum: ſed lentus etiam navigavi propter te, cujus fabulatione delectabar. *Pal.* Age ergo, ut facis, lentiorem protrahe navigationem, ut quæ reliqua ſunt dicenda, proſequi poſſis. *Cha.* Ea tandem tanta eſt tibi audiendi cupiditas? *Pal.* Tanta. *Cha.* Morem tibi geram: qua in re illud te ſcire velim, quod plurimum miſeram reddit mortalium vitam, inſtabilitas ſcilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quiſque ſibi polliceri queat. Quomodo is beatus cenſebitur, cujus ſummam quantumvis & plenam beatitudinem minima omnis diſturbatio violare & auferre poteſt? Sanè quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia ſint: nulla tamen infirmior ſors eſt, atque mutabilior quàm tyrannorum, quorum etiam quum major ſit exaltatio, & ſublimata magis ſtatus altitudo, magis eſt proinde (quum mutari eos contingit) caſus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, everſiones, trucidationes, ut nemo eorum fere unquam evaſerit, qui non vel regno depulſus, vel veneno neçatus, vel cruenta aliqua & peſſima morte cæſus

vel

vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optabit qui pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea, tamque amaro fine consumatur? Horret animus dicere, nam ne credas iis tantùm mortales subjectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licet tam valida nobis & munita sit civitas tam firma & præpotens, atque omnibus undique præsidiis circunsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetravit, perfregit fores, invasit regem, exterruit reginam, quam & antè socii ejus rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, vinctumque eum catena, tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes umbras atque ipsos judices fecit: me quoque non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsumque graviter in mediam paludem exturbavit: timui equidem tunc desolatum ira barathrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem adveniss regni sui: neque minùs illum cum conjuge in prædam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humaniùs cum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est, neque tamen ita consultum est, quin tricipiti custode suo, qui tam perneceſſarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionē meam, quæ communis erat, fata coæquassent: tunc cernere fuisset, utrum beatior vel meus vel Plutonis, tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, privatus fuissem hac navicula: hoc enim habeo tantùm, quod adimi mihi possit, privatus etiam fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, proculdubio inveniſſem, qui ministerio meo indigentes, servitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri feciſſem, quòd pro vetusta & attrita, qualem hanc intueris, novam mihi & magis solidam lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amisisset? quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neque par aliud regnum, uti parem ego, vel meliorem navim: neque parem alium famulum, uti parem ego, vel meliorem dominum inveniſſet. Excedo jam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantoque timore percussus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector. Cujus narratio majorem etiam augeret eorum, quæ supra dixi, malorum confirmationem. *Pal.* Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortalium fuit, qui majora quàm ego unquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Trojano rege majus, quid opibus suis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius, & quid demum exitu tantorum bonorum tristius, quid crudelius, quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum suorum. Vidit eversam funditus & incensam urbem. Vidit latrantem conjugem, captivas nurus & filias, populationem tantarum divitiarum: ipse quoque, quod ultimum restabat illi senectutis suæ solatium, Pyrrhi ense confossus, & crudelissima morte consumptus est. *Cha.* Quis meliùs me

hæc

hæc novit, qui cunctos hac scapha transvexi. A quibus & omnem calamitatem suam certatim perdidici. Notus est abundè mihi Priamus, cujus cognito acerbo casu, non potui non dolere. Notus est Troilus, noti Hector & Deiphobus, nota est cætera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles, qui illo bello perierunt, Trojani pariter & Graii duces. Nota est infinita, quæ tunc occidit, populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc descendisse, quàm illo, quo ita lassatus fui, ut præ multitudine omnibus transvehendis minimè hæc cymba sufficeret planè. Quid opus est tibi monitore, ad aperiendas eorum miserias, quas tu subjectas oculis tuis habuisti? Quòd si pro angustia temporis liceret (jam enim video propiùs nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creisceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud possum, quod certo scio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidisse unquam tyrannorum huc descendentium (descendunt porro omnes) qui non vel alicujus veneni infectionem, vel magnas ulcerum cicatrices, & sanguinolentæ alicujus mortis horrida signa præ se ferret. Ita mirum est videre tot ac tantos necatos, confossos, cruentatos, trucidatos. *Pal.* Quis nunc se tantis in malis tyrannum unquam esse optabit? quis imperia assequi quæret, quæ jam certiùs certo cognosco, magis fugienda etiam, quàm Meduseum caput. *Cha.* Audisti quibus apud superos tyranni malis torquentur: sed si intelligeres quæ hîc apud inferos graviora etiam illis parantur, perhorresceres & longè magis eorum sortem. *Pal.* Ergo & alia hîc tyrannis parantur. *Cha.* Credis Palinure, scelera quæ patrant mortales hîc aliquando impunita esse? *Pal.* Hoc modò animadvertebam. *Cha.* Animadvertendum est igitur tibi quodcunque in vita peccatur, pari demum post mortem & respondente peccatis pœna puniri. Nam ut capias quod dico: si tu Palinure, artem tuam navicularem vivens malè exercueris: si in dominum tuum mali quicquam vel cogitaveris vel commiseris: si inaudiens dicto suo extiteris, invenies hîc tibi præparatas his quæ deliqueris, similes pœnas. *Pal.* Nihil profectò Charon, scio, quod malè egerim vel in dominum meum peccaverim, nisi somnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certè, quàm debeam, me gessi. Nam magno in periculo navim simul & dominum, quem vehebat, meum reliqui, nisi vigilantior ipse & cautior meliùs sibi consuluisset: sed pœnarum satis tum ob hoc crassum peccatum meum etiam in vita recepi. *Cha.* Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è navi te dimisero, ad severos judices nostros, qui examinant & censent delicta omnium. Ducent quoque te in examinationem, scrutabunturque crimina tua. Videor verò videre, quali te judicabunt pœnæ subjiciendum. *Pal.* Quali? *Cha.* Parem peccato tuo tibi pœnam statuent. Nam quum somno peccaveris, æterno etiam te somno damnabunt. *Pal.* Dormiam ergo in æternum? *Cha.* Ita puto: nisi gravius sit aliud peccatum tibi.

Pal.

Pal. Sic mites habeam judices, ut non sit gravius aliud mihi. *Cha.* Nullam ergo nisi somni pœnam patieris. *Pal.* Non hæc gravis pœna mihi videtur. *Cha.* Neque asinis etiam & bobus, at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris gravissima existimatur. *Pal.* Quas verò, dic, pœnas perferent tyranni? *Cha.* Audis tot clamantes & lamentantes voces, tot horrificos planctus, tantum stridorem ferri, tot tractus catenarum? *Pal.* Delectabat me adeò sermocinatio tua, ut his minimè animum intenderem: sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ sustinere non possunt? *Cha.* Sunt hæc quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quenquam incluserint, spoliaverint, flagellaverint, trucidaverint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis judicibus, ad perferendas pares pœnas. Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, cæsi membratim, ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt, quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque ejulatus. *Pal.* Dic etiam mihi Charon, an his pœnis plectuntur, qui magni atque primarii tyrannis assistunt? *Cha.* Prorsus iisdem. Nam suasu & consilio eorum maximè committunt tyranni scelera sua. *Pal.* An & in vita illi beati? *Cha.* Non secus ac tyranni, quibus assistunt, nam iisdem quoque malis subjecti sunt, eadem enim sunt in eos populorum odia, majora etiam inter se, eædem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, dejiciuntur sæpe à tyrannis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiuntur. *Pal.* Tanta est ergo, tamque generalis omnium calamitas. Vllam verò prorsus esse putas hominum sortem, quæ beata duci possit? *Cha.* Imò beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. *Pal.* Quos perraros? *Cha.* Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera mundi bona. Quin se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conservantes, extulerunt animum altiùs ad gustandam divinam excellentiam, humana quàsi sordida & abjecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis, tamque jucunda res est, ut incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est ejus possessio, ut summa quadam ubertate ditet possessores suos. Quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter Dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum prædulcia sibi bona stabilia perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hilla, jejuniora papis volantibus, fugit, comtemnit, abjicit, conculcat. Contentusque seipso, ac honestissimis suavissimisque studiis suis totum nihil mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & jucundam agit vitam, ridet tantas hominum, tamque stultas, & ultrò sibi quæsitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes cu-

curas: nemini nocet, nemini moleſtus eſt. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, benevolentia complectuntur, favore proſequuntur: quàm verè hic beatus eſt, qui conſcientiæ ſuæ innocentia & integritate fruitur? Quod primum eſt & dulcius omnibus, bonus ſecuruſque ſui, nullo timore angitur, nulla anguſtia torquetur, non timet largas (quibus caret, quaſque nihili facit) divitias ſibi à potentioribus eripi. Non timet à quocunque ſe lædi, qui nec quenquam ſe læſiſſe certò intelligat: quàm verè hic felix eſt, qui tot tantiſque ſe motus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, ſibi ſemper aliiſque jucundus, lætetur ſemper, & omnibus quotquot ſunt mundi honeſtis, & his etiam, quæ cœlibum communes ſunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus ſanctioribuſque deditus ſtudiis, contemnat omnia, contemnenſque omnia poſſideat. Nam is poſſidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, ſed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiſcit. Concupiſcens autem nihil, contemnit omnia, contemnenſque ita id aſſequitur, quod deſiderat. Deſiderio verò ſuo frui, ea demum vera & ſola beatitudo, beatorumque omnium plenitudo eſt. *Pal.* Hi ergo quum nihil mali egerint, pœnarum & nihil patiuntur. *Cha.* Nihil prorſus: imò propter tranſactam bene vitam, meritum magnum aſſequuntur. *Pal.* Quod? *Cha.* Vel cœli fiunt incolæ, communicantque æternùm illis cœleſtibus bonis. Vel ſi huc deſcendunt, mittuntur in Elyſium: qui locus eſt quietis ac delitiarum, ubi ſedes fortunatæ, campi aperti, læti, omnium omnino pœnarum expertes. *Pal.* O ſi mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quàm magna poſſem voce, admonerem pro ſuo quemque officio & dignitate, accuſarem tantam laborum fruſtrationem, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones perverſaque judicia, ſed quàm maximè increparem, qui vel magiſtratu quopiam magno, vel imperio cæteros antecedunt, oſtenderem tanta, quæ antea ignorabam; ſed te docente nunc intelligo, mala eorum graviſſima, dictu horribilia: revocarem omnes à vitiis, ab inferendis injuriis: ad meliorem victum, à ſuperflua agendarum rerum cura: incenderem deſiderio virtutis, laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, graviter, caſtigateque vivendum, ad ſe cognoſcendum, ad contemnendum tot caduca, & ſomni cujuſdam vel umbræ magis ſimilia mundi bona, invitarem ad honeſtas artes, ad ingenuas exercitationes, ad ſtudia literarum, ad ſpem ac contemplationem divinæ bonitatis. *Cha.* Et rectè ſanè: ſed vides & ripam attigiſſe, egredere jam. *Pal.* Et jam egreſſus ſum. Ad judices eo, placidam opto tibi ſemper navigationem: ſalve ô Charon, & vale. *Cha.* Et ego ad reliquas umbras redeo. Placidos opto tibi ſemper judices: ſalve ô Palinure, & vale.

VIR-

VIRTVS DEA.

Interlecutores, VIRTVS. MERCVRIVS.

Mercurius.

VIrtus Dea per epiſtolas oravit modò, ut ad ſe irem. Eo ut perconter quidnam me velit, illico ad Iovem redibo. *Vir.* Salve Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit, ut non penitus deſpecta ab omni cœtu Deorum ſim. *Mer.* Expecto quid narres: tu modò perbreves narrationes facito: nam edixit ut confeſtim ad ſe redirem Iupiter. *Vir.* Etiam-ne tecum nobis non licebit noſtras ærumnas exponere? Quos igitur habebo ultores injuriarum, ſi non modò apud ipſum maximum Iovem, verùm & apud te quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſervavi, condolendi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? Vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita deſpiciar, malo eſſe truncum aliquem, quàm deam. *Mer.* Tandem effare, dum præbeo operam. *Vir.* Viden, quàm ſim nuda & fœda? Hoc ita ut ſim, efficit fortunæ deæ impietas atque injuria. Aderam ſanè ornata apud Elyſios campos inter veteres illos amicos: Platonem ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & ejuſmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piiſſimè atque religioſiſſimè coluêre. Interea loci cùm jam non pauci ſalutatum ad nos advolaſſent, è veſtigio fortuna dea inſolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, properans ad nos, jactabunda. En, inquit, plebeja, tu ne majoribus diis adventantibus non ultrò cedis? dolui injuriam nobis immeritis eo pacto fieri. Ac nonnihil ira concitata, inquam, neque tu maxima Dea his verbis me plebeiam efficies, neque ſi majoribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa verò illico in convitium ſeſe effert adverſum me. Prætereo hîc quas contumelias in me primùm dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus cœpit contra nonnulla de deorum officiis diſputare: Illa excandeſcens, apagite hinc verboſi, inquit, Non enim decet ſervos deorum cauſſam ſuſcipere; cœperat & Cicero orator plura velle ſuadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens latera illa ſua digladiatoria oſtendens, graviſſimumque pugnum in os Ciceronis iniecit: hinc cæteri mei amici perculſi metu, fuga ſibi propere conſuluere, neque enim Polycletes poplites periculo, aut Phidias ſcalpro, aut Archimedes horoſcopo, aut cæteri inermes adverſus audaciſſimos armatos eoſque prædis atque homicidiis ſuetos bello ad ſeſe tuendos valebant, ergo me infeliciſſimam ab ipſis diis omnibus qui tum aderant atque hominibus de-

desertam, pugnis ac calcibus totam confregêre, vestes meas diripuere, *in* lutum prostratam reliquere, demum abire ovantes. Ego verò ita confecta, cum primùm licuit conscendi huc, ut I. O. M. his de rebus facerem certiorem, jam quidem mihi ut intromittat expectanti mensis elapsus est, dumque id ut impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, novas semper aliquas excusationes audio. Aut enim deos ajunt vacare, ut in tempore cucurbitæ floreſcant. Aut curare ut papilionibus alæ perpulchræ pictæ adsint. Quid? igitur-ne verò aliquid semper habebunt negocii, quo nos exclusas teneant ac flocci pendant? Tum etiam & villicus suscepit curam dudum, ne cucurbitæ siti pereant. Nos tamen neque diis neque hominibus cordi sumus. Has ob res te iterum atque iterum precor, obtestorque Mercuri, qui semper apud deos ipsos interpres extitisti, & ut caussam hanc meam justissimam atque piissimam suscipias. Ad te confugio, te supplex oro, in te omnis mea sita est spes atque expectatio. Da quæso, operam, ne dum à vobis excludor, ipsis quoque mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini, ubi homunculi me tametsi infirmam deam flocci pendant. *Mer.* Audivi: doleo verùm pro vetere nostra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem caussam te adversus fortunam suscepisse. Nam & Iupiter ipse, ut cæteros omittam Deos, cum & ob accepta beneficia nimium fortunæ debere sentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad cœlum diis ascensum præstitit: atque ubi velit, valens sua armatorum manu ejiciet. Qua de re, si sapis, inter plebeios deos ignota, quoad fortunæ odium extinctum sit, latebis. *Vir.* Æternùm latitandum est, ego & nuda & despecta abeo.

IOANNIS GEORGII GRAEVII
Notae ad tom. II. LVCIANI.

AD EIKONES.

Pag. 9. Ἀρετῇ (sc. κεκόσμηϲ) καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοις τοῦτα ὅροις εἰσίν. Vertunt: *Virtute* (sit ornata) *temperantia, aequitate, humanitate, atque aliis, quaecunque his terminis comprehenduntur.* quam male, imo quam ridicule hunc locum verterint, quis tam tyro est, qui non videat! Quid enim ultima verba hic denotant, *quaecunque his terminis comprehenduntur?* aut, si possent hic aliquid significare, quomodo ex Graecis ista colligas aut exprimas? In editione Florentina: καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐπόσα τοῦτος ὅρος ἐστίν. Verissime. & *aliis ornamentis, quae sunt in tali* sc. foemina *perfectissima.* quae possunt in foemina omnibus numeris absoluta esse perfectissima & absolutissima. Dudum observavit magnus Casaubonus ad Athenaeum ὅρος & πέρας alicujus rei dici quod volumus intelligi summum esse. Sic πέρας φιλίας, ὅρος πενίας esse *summam amicitiam, summam paupertatem.* His potes hoc exemplum adscribere, quod non ceperunt interpretes. Mallem tamen legere ὁπόσα τούτων ὅρός ἐστιν. & *quae alia sunt talium ornamentorum perfectissima.* Et sic Lucianum scripsisse persuasum habeo.

In eadem pagina, Καὶ τὸ γλυκίον μέλιτος ἀπὸ τῆ γλώσσης ἔδει αὐτῆς μᾶλλον, ἢ ἔδει ϑ πυλὶς μέρυτος ἐκείνη ὁ Ὄμηρος ἂν εἴρηκη. Sic Mſ. Vulgo καὶ τὸ, γλυκίων μέλιτος, quod tamen non damno. Statim idem codex, καὶ πρᾶως ἐνδυόμενον ἐς τὸ ἀκρόαμα, & sic legisse videtur interpres, qui bene vertit, *inque aurem blande se insinuans.* est enim ἐνδυόμενος *blande & latenter subire, se insinuare.* pro quo mox ἀφδύεται p. 10. καὶ ἢ κηρὸς ἐπιφερόμενη τὰ ὦτα, καὶ ἀφ ϑ κηρὸς ἀφδύσεται σοι τὸ μέλος. *Quin etiam auribus cera obturatis, per ceram etiam cantus penetrabit.* ἐνδυόμενον, quod in editis extat hic est ἀπροσδόκητον.

Pag. 11. Obscura & insulsa est versio horum verborum; ἔστιγδ τοῦτο, καὶ χαριεστέρως συντελεσθὲν, κἀκεῖνα τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὐτῷ ἀνθαμιλλώμενον, *Hoc enim perexile esset, & more graphico absolutum, tot formas, & multiforme quiddam, sibi ipsi adversans, ex multis perficere.* Haec Latina quis sanus intelligat? Quid est *more graphico.* verte totum locum: *Hoc enim perexile esset, & more pictorum factum;* (scilicet unam rem pulchram ex variis rebus compositam, uti in καλλιφωνίᾳ erat factum, nec aliter possunt pictores pulchritudinem ostendere) *Tanta pulchra, & multiforme quiddam, quod secum ipse certat* (utrum scilicet alte-

re

ro pulchrius sit) ex *multis perficere* scilicet decrevi. Totus locus sic est interpungendus: Σκόπει δεῖ δὴ καὶ τὰς ἄλλας. ἐ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ δὴ ἐκ πολλῶν συνθεὶς ἐπιδείξαι διέγνωκα, ἦλον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συμπλεχθὲν, καὶ λίαν τοσοῦτο, καὶ πολυειδὲς ἂν ἐκ πολλῶν ἀκριβῶν αὐτὸ αὐτῷ ἀνταμιλλόμενον. ista verba quasi in parenthesi posita sunt, ἦλον γὰρ τοῦτο καὶ γραφικῶς συμπλεχθὲν. Γεγράφειν est, pingere, γραφεῖς pictores, γραφικῶς more pictorum. quoties in hoc ipso dialogo leguntur. Sic & Latinis scribere est *pingere*. Plin. in ep. *imagines exscribendas pingendasque*. Martialis: *scriptum testudine figma*. hoc est pictum, sed ἀνταμιλλᾶσθαι, est certare cum adversario, & si de pluribus, dicitur inter se certare. ἀνταμιλλητὴς est aemulus, qui cum aliquo certat. Mss. hic non audio, qui pro ἀνταμιλλώμενον scribit ἀνταμειβόμενον.

Pag. 12. Ὀλύμπιος est Pericles. Diodorus Siculus. lib. 12. Ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε διὰ τὴν δεινότητα τοῦ λόγου. διὸ καὶ αἰτίαν ἀνομάσθη Ὀλύμπιος. Plin. xxxv, 8. *Olympiumque ab eo pictum*, sic pulcherrime hunc locum ex Mss. emendavit sagacissimus Fridericus Gronovius, cum in iis legeretur *Olympium Iovem*, in editis ineptius *Clypeumque Athenis*. Sic & Val. Max. v. 10. *Non sine caussa igitur tanti roboris animus ad Olympii cognomen ascendit*, ut erudite hunc locum restituit Christophorus Colerus, ejecto vocabulo *Iovis*. Non longe post Mss. Ἀτλικωτέρας legitur in Mss. ἐ γὰρ ἴσον ἐ ἡ ἐγγὺς ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παρὸν τῶν Ῥωμαίων δύναμις. *Neque enim aequales sunt, nec quidem proximo intervallo distant* (sed longe scilicet) *Athenienſium respublica, & ista praesens Romanorum potentia*. Edit. ἐ γὰρ ἴσον, non male. sed illud magis redolet Athenas. ἴσον nimirum χεῖμα. ἐ δὲ ἐγγὺς est idiotismus Graecus, *ne prope quidem ad illum accedit, longis parasangis ab illa distat*. Vtitur & in sequente dialogo: μὴ γὰρ εἶναι τὴν πλείστων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγὺς, ὅπου μὴ δὲ ἄλλου τινὰ γυναῖκα γε ἔσαν. *Non enim talibus se dignam esse, ne quidem propius ab illis abesse, neque ullam aliam foeminam*. Sic enim Latinis usurpatur *propius abesse*. Cic. in Catone: *quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius absum*.

Pag. 25. Ἀλλ' ὦ τις ὡς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τι ἐμβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον. *Si quod laudatur ad excellentius, quoad fieri poterit exstulerit*. Nec Graeca nec Latina verba reprehendo. Efficacius tamen vetus codex ὡς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τι ὡσπροβιβάζῃ. ut apud Latinos *provehens*.

Pag. 27. Miratur Marcilius quos Lucianus sit secutus auctores, cum scribit in dialogo pro imaginibus, Croesi filium auditu acri Melampodem antecellere, cum scribat Herodotus illum fuisse mutum; non surdum. sed ego miror Marcilium hic haerere. Quis ignorat mutos esse quoque surdos: Imo surditatem esse caussam mutae linguae. Qui surdus natus est, loqui non potest. Vnde enim sonos vocum litterarumque percipiat. Fuerunt tamen nostro seculo cum in

Germania, tum in Anglia, qui surdos docuerunt motu oris litteras nosse & pronunciare. de quo extat elegans dissertatio Georgi Morhofii, viri eruditissimi, & nostri studiosissimi. Quin & surdi fuerunt his in terris, non nati, sed morbo casuque facti, qui ex motu labiorum aeque poterant etiam longius a se remotos, & mussitantes intelligere, ac si articulatim singulas voces auribus percepissent. Hi videbant sonum, non audiebant.

Pag. 38. In Toxaride: Ἀγάλλεως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὸν Θήσεως καὶ Πειρίθου, καὶ τὸν ἄλλον ἑταιρείαν. In his verbis καὶ τὸν ἄλλον non agnoscit Ms. sunt utique delenda. Latinus interpres vertit, ac si legisset τῶν ἄλλων, quia in τὸν ἄλλον nulla sententia suberat.

Pag. 39. Turbatus est ordo colloquentium, qui sic constituendus est. Μνη. Οὐ λέγεις. καὶ ἀφίλωσαν ὁπόσην ἱκανάν. πέντε ἕμοιγε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ. Το. καίμοι δοκεῖ. ὥσπερ δὲ λέγω. &c. dein post οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. Μνη. ὁμόμοιγε, εἴ τι καὶ ὄρκῳ δεῖν νομίζεις; τί δ' οὐ τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἀλλ' ἱκανὸς ὁ φίλιππος; ut haec ultima omnia Mnesippo tribuantur. Nam cum Mnesippus prior narrare incipiat, non possunt illa verba ὥσπερ λέγω Mnesippo convenire.

Pag. 43. Ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τὸν ὑπόχρυσον, ἐλήφθη. *Alium quendam adolescentulum Cretensem bene nummatum venata est.* ὑπόχρυσος est ad auri colorem accedens, subaureus, ut sic dicam. ut paullo inferius ὑπόχρως subpallidus, non convenit pecuniosо juveni hoc verbum. Videtur litteris transpositis scripsisse Lucianus τὸν πολυχρύσον.

Pag. 48. Leve mendum in omnibus editionibus conspicitur, quod vel a tyrone poterat deleri, ἐγὼ δὲ Δαμασίδου πολὺ μᾶλλον ἐβούλοντο ἢ Δάρητος. scribendum Δαμασίδαν. Est enim ab Δαμασίδας. In eadem pagina paullo ante fine sensu legitur, οἱ κληρονόμοι δὲ οἷς τοῦτο καταλέλειπτο, ὡς ἤκασιν, ἦσαν οὐδὲν ἀφικτῶντες τὰ ὑπὸ τοῦ ἀφηκῶν. Vertunt: *At haeredes quibus ista erant legata, ut audierunt, illico venerunt, agnoscentes ea quae testamento erant mandata.* Quid hoc? num ἀφικτᾶν est *agnoscere*? Locus est corruptus. Existimo Lucianum scripsisse ἀπαιτοῦντες τὰ ὑπὸ τοῦ ἀφηκῶν, *petentes quae in testamento illis erant legata.* Nam ἀφικτέω non memini apud quenquam inveniri. sed ἀπαιτέω Luciano est familiare.

Pag. 49. De Menecratis filia deformi, ὧν οὐδὲ μὴ πᾶσης τῆς οὐσίας ὄντος, ἦν ἂν τῷ κομιδῇ εὐκτητῷ ἠξίωσεν ἂν τις τῶν ἀγενῶν καὶ πάνυ ῥᾳδίως ἀνέχεσθαι, ὅτῳ κεκτῆσθαι ἦσαν τὸν ὄψιν. *Quam ne cum omni quidem patris substantia, quam ante mulctam possederat, dignatus fuisset, quisquam ingenuus ac pauper facile accipere, quae forma esset tam infelici.* Sic Erasmus vertit. Non est mirum nullum τῶν ἀγενῶν hoc spinturnicium voluisse ducere. Omnino scribendum ex Ms. τῶν ἀγενῶν. *obscurorum, ex ima plebe.*

Pag. 54. Narrat cum quidam vinctorum in carcere Aegyptiaco limam esset nactus, qua λαυκτήρι τι τὸν ἅλυσιν, ᾗ ἐδέδετο ἐξῆν, καὶ κλοιῶν εἰς αὐτὸν διατρῆσαι, καὶ λάθρᾳ ἀπιέναι. Erasmus cum in-

Apolatore Salmuriensi: *Catenam insecuit, qua ordine adstringuntur, cyphonibus in hanc insertis, solvitque omnes.* In Graecis verbis primum non intelligo quid sit τὸ κλοιῶν εἰς αὐτὸν διειρημένων, multo minus versionem Erasmi *cyphonibus in eam insertis.* διείρομαι est *quaero, interrogo.* sed legendum ex Mss. διειργμένων. *vinculis, quibus singuli seperatim ligati erant, eos dirimentibus.* ὁ κλοιὸς est vincultum, quo vinciebantur rei in carcere, ut superius ad tomum primum ostendit. Cur *cyphones* verterit Erasmus, ego equidem ignoro, multo minus cur in verbis, quae modo haec praecesserunt, interpretatus sit, *trabem*, τῦτο γὰρ μόλις πολλὰ μετδόσας τ δεσμοφύλακι ἐξεπράσατο ἄδε αὐτῦ πλησίον τῦ Ἀντιφίλου, καὶ ὑπὸ τῦ αὐτῦ κλοιῷ δεδήξ. *Nam hoc multis precibus a custode carceris vix obtinuerat, ut proxime Antiphilo eademque in trabe vinciretur.* imo *eadem catena* solebant vincti interdum duo tresve eadem catena vinciri. Sic apud Romanos in carcerem conjectus, & miles, qui custos ei apponebatur, eadem vinciebantur catena, ut patet ex Senecae ep. 5. *Eadem catena & custodiam & militem copulat.* ista vincula singularum custodiarum, quibus eorum manus pedesque constricti erant, alligata erant majori catenae, quam dixit Lucianus ἅλυσιν. Sic igitur in Latinam linguam vertendus hic locus: *Catenam dissecuit, qua ordine alligabantur, vinculis in eam (sc. insertis) dirimentibus (sc. catenatos,) solvitque omnes.* Omnes aut saltem paria catenatorum erant vincta compedibus, qui omnes compedes adstringebantur catenae majori.

Paullo post pag. 56. rectius Mss. καὶ αὐτὸς ἂν σοι τὰς λόγους διεξῆλθον πολλὰς, καὶ ἀγαθὰς *ipsas tibi orationes exponerem multas, & egregias,* αὐτὸς quod in editionibus est hic valde friget. Mox idem codex pro vulgato φαῦλον ἡήτορα γενόμενον *sis malus orator,* pro vulgato φαῦλον ἡήτορ φαινόμενον. & paullo ante illae membranae pro διηγησάμην σοι ἀγαθὰς καὶ βεβαίας φίλας, scriptum ostendunt ἀγαθὰς καὶ γενναίας φίλας. *tam bonos & generosos amicos.* nec spernendum quod sequente pagina in hoc codice legitur, ἵνα ἀληθὴς ὁ κυβερνήτης ἐπί. *verus ne quis gubernator sit.* in editis est ἀληθής.

Pag. 58. Valde quoque probo scripturam veteris libri, καὶ ἐφέτο δὲ τὸ μέχρι ἄλλοι τριῶν ἐς τὰς συνθήκας συνιέναι, *licet autem summum tres in foedus tale coire,* pro communi εἰς τὰς συνθήκας ἐλθεῖν, non quod hanc lectionem non possimus tueri, sed quod illa sit efficacior. Est enim σύνειμι vox propria qua utuntur de familiaritate, quam amici ineunt & colunt, uti notum est.

Pag. 59. Delenda est distinctio in his verbis: καὶ τὰς ἁμάξας κατελαμβάνουσι, αὐτοῖσιν τὰς πλείστας ἁλισκομένας. Pertinet αὐτοῖσιν ad ἁμάξας, Αὐτόνδροι ἁμάξαι sunt currus cum hominibus, quibus uxores & liberos suos imponebant Scythae Hamaxobii. Vertendum igitur: *Et curribus potiebantur, quos capiebant cum*

ipsis hominibus, non *cum viris*, ut Erasmus. Viri enim in castris versabantur.

Pag. 67. Ὁ ὁμόσκυθος καὶ ὁμόγλωττος τοῖς Ἀλάνοις ἦν. Erasmus: *eodem cultu, eademque cum Alanis lingua*. Sed ὁμόσκυθος est, qui eodem genere armorum utitur, ut apud Thucydidem. Ὅμηροι τοῖς Σκύθαις ὁμόσκυθοι, *iisdem armis utuntur, quibus Scythae*. Σκύθη Graecis saepe sunt arma.

Pag. 73. Καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑπολαμπεῖς τὸν ἰγνύλον. *Adunco gladio vulneratus in poplite*. Sed legendum τὸν ἰγνύαν, aut τὸν ἰγνύν. dicitur enim ἰγνύα & ἰγνύς.

Pag. 77. In asino Καὶ ὅτι ἀργύριον ἱκανὸν ἔχει. Cur ἔχει, & non ἔχῃ, ut τείφῃ, quod sequitur. Non monuissem, nisi omnes editiones etiam Florentinam consentire in hoc vitio tolerando vidissem.

Pag. 78. In κλινοπάλῃ nihili est τὸ ἅμμα in his verbis τότ' ἤδη ἐπιθᾶς, ἅμμα κατ' ἰξύος δήσας σύνεχε, Bene Mſ. ἄμμα κατ' ἰξύος δήσας, *vincula ad ilia alligans*.

Pag. 86. Ὦ τῆς ἀκαίρου ταύτης περιεργασίας. *O intempestivam hanc curiositatem*. Περιεργασία non memini alibi apud Graecum melioris notae scriptorem occurrere, quamvis περιεργάζομαι legatur. Repone igitur ex Mſ. περιεργίας.

Pag. 88. Os dicit asino fuisse vinculo occlusum ne tempus, quod viae impendendum erat, pabulo impenderet, & tardius procederet. ὥστε ἵστη τότε, καὶ ἵμενος ἦν. *Iamque tunc steti, asinusque mansi*. Quomodo stetit, cum tantopere properaret. lege: ὥστε ἴσθι τότε. *Tum sic obdurato ore procedebam*.

Pag. 112. Η' δὲ κατεχρήσατό μοι δεινῶς. Scribe: κατεχρήσατό μου δεινῶς.

Pag. 114. In Iove Confutato, elegantius in vetiri codice scribitur: Δοκεῖ δ' ἔν μοι διαφέρειν ἂν ἡ κλωθὼ μεγαλαυχήσασθαι, ὡς καὶ αὐτὴν σὺ ἀνάκωχον αἰωρεῖσθαι σὺν ᾧ ἀσχάλῃς, καθάπερ οἱ ἁλιεῖς σὺν ᾧ καλάμῳ τὰ ἰχθύδια. *Mihi videtur longe justiorem causam gloriandi Clotho habere, quae te ipsum attractum suspendet ex fuso, sicut piscatores in arundine pisces*. Vulgati ἀναύσα, quod quidem ferri potest. sed Mſ. lectio facile prae hac Graece doctis se probabit.

Pag. 120. Ἱκανὸν γὰρ τοῦτο, εἰ καὶ σὺ φῂς ἐπὶ μηδενὶ χρησίμῳ γίνεσθαι τὰς θυσίας, χρησιμεύει δέ τινι· ἢ ἀνθρώπων ἐπιστήμων τὸ βέλτιον. *Hoc satis est, si etiam dicis nullius utilitatis caussa sacra fieri: verum bonitate quadam hominum quod praestantius est, colentium*. Sic recte interpres *colentium* sc. Deos. Nihil hic monerem, nisi Mſ. juberet me non praeterire, quod in illo legitur εὐγνωμοσύνη, pro χρησιμοσύνη hoc minime damno, alterum tamen est efficacius, declarat enim memorem, gratum & benevolum animum propter accepta beneficia. Sic pag. 123, idem codex pro ἢ πρὸς χαίροντας, scribit θυσίας χαριέντας.

Pag.

Pag. 128. In love Tragoedo, scribe ut in Mſ. habetur ὦ χρῶ δὲ σὺ εἶλε παρειάς. Est ex Iliad γ. v. 35. ubi est μὲν quod omnium est casuum. mox scribe ex Euripidis Oreste, ἥς σὸν ἂν ἄρσαι' ἄχθος. dein idem codex: ὡς χρὴ γὸ εἰκεῖν ἐρᾶς. Mox ἂς τοι ὑπὸ θραμματεργάν exponit vetus scholion ineditum ὑπὸ τραγῳδῶν. quod est versibus tragicis respondere, & quasi secundas agere. Neutrum horum verborum Lexici annotarunt. Iupiter ἐπὶ τραγῳδῇ, illi vero non poterant ὑπὸ τραγῳδῶν.

Pag. 133. Colossus Rhodius propter ingentes sumtus in se factos sibi θεοειδέα inter deos vult vindicare, Consulit de hac re Mercurius Iovem: τί ὦ Ζεῦ χρὴ ποιεῖν; δύσκελον γὸ ἐμοὶ γὲν κ' εἴη. εἰ μὲν γὸ ἐς τὸν ὕλλον ἀποβλέψειμι, χαλκᾶς ἔσῃ. εἰ ζ λογίζοίμην ἀφ' ὁπόσων ταλάντων κεχάλκωται, ὑπὲρ τὰς πεντακοσιομεδίμνους καὶ τὸν ἱππάδα ἂν εἴη. Hic locus imperitissime vertitur: *Quid facto opus Iupiter? Nam hoc iudicare difficile est. Nam si materiam respexero, aeneus est. Verum si supputem, quot in eo fabricando impensae fuerint talenta, plures quam quingentos modios, & censum equestrem inveniam.* Oedipus sit, qui ultima Latina verba explicet. Quid enim quingenti medimni & equestris census faciunt ad impensas, quas consumserunt in Rhodio Colosso erigendo? non plus sane, quam tenuis & despectus rivulus ad Aegaeum mare. Paullo ante Mercurius, cum Venus quia ab Homero appelletur χρυσῆ, dixisset, sibi quoque inter primi subsellii deos locum deberi, respondit, illam visuram quoque multi auri possessorem Apollinem ἐν τοῖς ζυγίταις καθήμενον, inter zygitas sedentem, hoc est tertiae classis Deos, quia ipsius templum sit compilatum, ideoque Veneri cogitandum, non male secum agi, μὴ πάνυ ἐν θήτων σκληπάζοντα. Si non inter imi subsellii Deos collocetur, in Deorum conventu. Haec loquendi genera sunt ex republica Athenienſi petita, in qua Solon secundum censum divisit in quatuor classes cives. Tertia classis erat τῶν ζυγιτῶν, qui ducentos medimnos aridorum & liquidorum pendebant reipublicae, & minas decem. Quarta erant θῆτες. Θῆτες ad nullum magistratum poterant adspirare, sed nullum quoque pendebant tributum, ut Romae *proletarii & capite censi.* Eandem translationem retinet in sequentibus, & affirmat si sumtus sint respiciendi in colossum impensi, eum super πεντακοσιομεδίμνους καὶ τὸν ἱππάδα ἂν εἴη. hoc est eum ante primi & secundi ordinis Deos sedere debere. Πεντακοσιομέδιμνοι erant ex Solonis descriptione primae classis cives, qui ex suis possessionibus capiebant fructus quingentorum modiorum, aridorum simul & liquidorum, & qui aerario pendebant talentum. καὶ τὸν ἱππάδα sc. πλεῖτες, hoc est quod tributum equestrem penderent, hoc est equitem cogerentur alere in usum reipublicae. quorum facultates erant modii trecenti, tributum semitalentum. Hi erant secundae classis cives. Hanc distinctionem civium Atticorum lepide Lucianus transtulit ad Deos. Vide Polluc.

VIII, 10. Plutarch. in vita Solonis, & Aristidis, & Maursium in Solone Aristotelis sententiam refellentem.

Pag 136. Cum Iupiter conquestus esset, de sordibus Mnesithei, qui ex naufragio servatus cum diis promisisset hecatombam, solvit tantum gallum senio confectum, & quatuor grana thuris, ὡς αἰτίαν ἀποδείναι, τῷ ἀνδρὶ, μὴ δι' ὅσου ἄκρα τῇ ῥινὶ ὀσφραίνοιτο ἡ κάπνου ἀθροίσις, *ut in pruina statim extingueretur, & vix summas nares feriret fumus ex illis natus.* Mſ. ὀσφρῆτο. Sed. Lege ὀσφρᾶτο. Idem quidem est quod ἀσφραίνεται, Sed Grammatici observarunt malle Atticos ὀσφρᾶσθαι, quam ὀσφραίνεσθαι.

Ibid. Narrat Iupiter se venisse in Poecilem, & ibi varios homines invenisse, alios sub dio, alios valde clamentes, ἐπὶ τῶν ἰκρίων καθημένους. *in cathedris sedentes.* Sed Mſ. ἰκκων, & quidem rectius. Nam ἴκκος est Poëticum, quo Homerus aliique sunt usi, sed ἴκρια est scriptoribus pedestribus proprium, & notat sellam, consessum, quamvis illud quoque inveniatur apud Aristophanem.

Pag. 140. Momus ad Iovem: εἶτ' οὐ βραχεῖ ὄψει καταγελῶντας μὲ τοὺς Ἐπικούρους, καὶ Μητροδώρους, καὶ Δαμίδας, κεκαυμένους ὑ, καὶ ἀποφαυλιζομένους ὑπ' αὐτῶν, τοὺς ἡμετέρους συνεζόρους. Benedictus: *Deinde brevi videbis irridentes Epicuros, Metrodoros, & Damidas, victosque & jugulatos ab ipsis patronos hosce nostros.* Apud Latinos sane *jugulare adversarium* legitur, pro ad incitas redigere. Sed Graecos ad ista has voces σφάττειν & ἀποσφάττειν non existimo transtulisse: sane nullum exemplum memoriae succurrit. Emenda sine mora ex Mſ. καὶ ἀποφαυλισμένους ὑπ' αὐτῶν. *Patronos hosce nostros victos, & os eis obstructum esse.* Nam ἀποφαυλίζειν est os obturare adversario, ut ne hiscere possit. Pollux VIII, 15. ἀποῤῥίφειν τινὶ γλῶτταν, ἀποφαυλίζειν τὸ στόμα ἄμεινον. Aliud est inferius pag. 153. cum Momo intempestiva interpellatione obtudente Deos, Iupiter respondisset, Σὺ ἡμᾶς ἐποσφάττεις ὦ Μῶμε, quod non est, *tu macta nos Mome*, ut interpretes, sed Latini dicunt: *Enecas nos, Mome*, ut Terentius in Andria IV, 1. *Cur me enecas?* aut *occidis nos*, ut Horat. *occidis saepe rogando.* Sed in hoc ipso dialogo pag. 157, hoc verbum ex Mſ. reponendum est, ἤδη γάρ σε τύπτω ὀρθίῳ ἀποσφάξω, *ego te hac testa interficiam.* Vulgo frigidius, ἀποῤῥαίσω. Paucis versibus ante: τὰ δ' ἄλλα κῦ ῥᾴστα φέρεται, ὡς ἂν τύχῃ ἑκάστου παφασυρόμενα. Melius Mſ. ἀθρασυρόμενα. *ut quaevis forte trahitur* a vi fluminis scilicet. ἀθρασυρόμενα pertinet ad ἕκαστον. sed in iis quae modo praecesserunt, non probo ejusdem libri scripturam, quae pro τὰς ἀποδὰς πέμπειν, prae se fert τὰς πομπὰς πέμπειν. Nam quamvis pompae & ludi in Deorum honorem instituerentur, tamen πομπὰς πέμπειν, nemo dixerit. Ibidem statim & sic Mſ. legendum ἆρα ὑμέτερον ἂν εἴη, *quare vestrarum esse partium*, non ἡμέτερον, sequentia indicant verba, in quibus non damno, τὰς θυσίας καρπωμένων, quod in editionibus extat. non possum tamen non indicare, in vetere libro haberi τὰς θυσίας μόνον ἐστεμμένον. *vobis*

solis

solis sacrificia in epulis comedentibus. cum nunc partem sibi vindicent sacerdotes, partem qui sacrificant. & id magis arridet, genioque Luciani est convenientius.

Pag. 141. Ex Mſ. legendum, ἤτοι κηρυκικῆ, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ. non ut editiones praeferunt, ἤτοι κηρυκικῇ τινι, ἢ ἄλλῃ μηχανῇ.

Pag. 147. Μᾶλλον δὲ ὁ σὸς ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγοραῖος, ὁ ἐπὶ τῷ Ποικίλῳ. πίτυος γὰρ ἀναπλάσεως, ὁσημέραι συμπατόμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Sic ſcribitur in antiquo codice, pro quo in vulgatis habetur ἀναπλατόμενος, quod quidem & ipſum idem notat, ſed alterius eſt interpretatio, Tritius ſcilicet ſubſtitutum eſt minus vulgato. Hoc modo vero verte: *Tuus eſt ſane, Mercuri, frater, forenſis ille, qui ad Poecilen eſt. Itaque pice eſt refertus, cum quotidie a ſtatuariis exprimatur*, ſc. ejus forma, propter excellentiam. Dicebatur Ἑρμῆς Ἀγοραῖος *forenſis*, quia illa porticus erat in foro, & Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι, *Mercurius ad portulam* cujus crebra apud veteres mentio. Vide Harpocrationem, & quae ad illum notat Valleſius, nec non Meurſii Athenas Atticas lib. 1. cap. 5. Verba mox ſequentia, ἐνύγχανον μὲν ἤδη χαλκουργῶν ὑποπτερώμενον, στέρνόν τε καὶ μετάφρενον, ἐμοὶ δὲ μόλις ἀμφὶ σώματι παλαθεὶς παρηώρητο μιμηλῇ τῇ τέχνῃ, σφεχρίδα χαλκῆ πᾶσαν ὑποτυπούμενος. Vertunt; *cum ad porticum jam fabricarer aeneus, ac perque dorſum, perque pectus ungerer, factuſque inepte thorax corpori meo adpenderet, nec arte diſpari foret, ex aere totus mihi additur baltheus.* Illepide ſane & imperite. Hoc enim dicit Lucianus: *Cum fabri aerarii picem illeviſſent pectori & tergo, ridiculuſque thorax corpori imitatrice arte fictus eſſet appenſus, omni aeris figura impreſſa.* Figura nimirum aerei thoracis, quae illi pici imprimebatur. Sunt verſus alicujus Tragici, quamvis in reſponſione Iovis pro παῖσι δ' Ἑρμαγόρᾳ βάλητε τοξεύδων legatur in Mſ. ἰαμεῖζων. Μιμηλὴ τέχνη, eſt ars quae imitatur, aut ſimulat, qualis eſt pictorum, & fictorum. Ἑρμῆς autem ἀγοραῖος appellatur a Iove voce una ex duabus conflata Ἑρμαγόρας.

Pag. 149 Dicit Deos ſaepius ad Aethiopas epulatum ire καὶ αὐτοπαγγέλτους *etiam invocatos.* Sed Mſ. αὐτοπαγγάλτους, quod elegans eſt vocabulum, *qui ſe ipſos invitant, qui condicunt.* Hoc enim Latinis eſt *condicere alicui*, ut apud Cic. 1. ad fam. 9; alicui ſignificare, ſe apud eum coenaturum. Eadem quidem vis eſt vocis ἀνεπάγγελτος, ſed illud tamen exquiſitius.

Ibid. Manifeſtum mendum eſt in his verbis Epicurei Philoſophi, quibus dixerat Stoicos ipſos τάξιν vocare, ἀνάγκλω. εἶτα δηλαδὴ ἀγανακτήσεις, εἴ τίς σοι μὴ ἀκολουθήσει, τὰ γιγνόμενα ἐπαινῶν, οἰομένῳ τὰ λεγόμενα πῶς ἔχειν, καὶ καθοσίως ἀλλαττέσθαι αὐτῶν ἔχοντι. Interpretes: *Deinde ſcilicet indignaberis, ſi quis te non ſequetur, cum ea quae fiunt, qualia ſunt enumeres & laudes, & putes bisce demonſtrata, horum omnium*

quodque immutari providentia. Atqui non permutantur, ſed eundem ſervant ordinem illi ſyderum motus, temporum vices, & quae enumeravit alia. ſcribendum ſine dubio, ut eſt in Mſ. Διατάττεσθαι, regi, adminiſtrari providentia. Sic paullo ante Timocles quaerebat, ἐπὶ τοῦ ποι ἂν θεὸς τάττοιτο ἡ τῶν ὅλων ἐπιμέλεια. *Hoc igitur univerſum nulla ne providentia regitur?*

Pag. 151. Ἐπεὶ καὶ ἑαυτὸν ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπισυγχύσας τῇ χρείᾳ τῶν δραμάτων, τὰ δοκοῦντα οἱ λέγῃ, ἄκυσον αὐτῷ τότε παρρησιαζομένῳ. Sic lege & interpunge. ἄκυσον pro vulgato ἀκούσῃ, quod tamen cum in hac, tum in Salmurienſi editione typographorum vitio eſt omiſſum, & τότε ex Mſ. repoſui. *Cum ex ſua ſententia Euripides, nulla neceſſitate fabularum compulſus, quae ipſi videntur profert, audi tunc libere loquentem.*

Pag. 152. In verſu Euripidis pro ὑγραῖς ἐν ἀγκύλαις Mſ. ἁρμαῖς ἐν ἀγκύλαις. Mox in alio verſu ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεὺς verte *quicunque Iupiter ſit.*

Pag. 153. Τυπὸ πόθεν ἡμῖν τὸ ἅμαξον κακὸν ἐπηχεῖ. Mſ. τυπὸ πόθεν ἡμῖν τὸ ἅμαξον κακὸν ἐπῆλθεν.

Pag. 154. Ἀναπλεῖς ἢ, εἰδὲ ἄλοχον εἰδέν τι εἶχεν ἡ ναῦς, ὁ μὴ χρεὼν ἦν αὐτοῖς. In Mſ. hic adduntur non nullae voces: ὁ μὴ χρήσιμον πάντως καὶ ἀναγκαῖον ἦν ἐκεῖ τῇ ναυτιλίᾳ αὐτοῖς. *quod non utile omnino & neceſſarium ſit ipſis ad navigationem.*

Pag. 159. In Gallo ἵν' ἐγὼ πρὶν ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον μίαν κρηπῖδα ἐργάσωμαι. Mſ. ἵν' ἐγὼ πρὶν ἀνίσχειν τὸν ἥλιον μίαν πτηνὴν ἐργάσωμαι. leg. ἀνίσχειν. ſed perinde eſt ſive ſequaris editos, ſive Mſ. Sic & inferius idem codex pag. 160. Ὅπου ἀνίσχοι ὁ ἥλιος, pro φαίνοι.

Pag. 163. Ἢ Πυθαγόρᾳ ὄντι ἐμψυχοπαθείᾳ καὶ τὸ ἴσον ἠσεβηκέναι κυάμους φαγόντα, ὡς ἂν εἰ τὴν κεφαλὴν ἔφαγες πατρός. *Aut ſi Pythagoras peccaſſe, & aeque impium fuiſſe, ſi fabas ediſti, ac ſi patris caput comediſſes.* Nimirum, quia Pythagoraei a fabis abſtinebant, quod illorum magiſter eas parentum capitibus eſſe ſimiles docebat. Superius in dialogo Menippi & Aeaci, cum Menippus dixiſſet in pera ſua non niſi fabas eſſe, quas nolit edere Pythagoras, reſpondet hic: Δὸς μόνον, ἄμμα δ' ἐκ νεκρῶν δύγμασ' ἔχοιμεν ἐγώ, ὡς ἐδέη ἴσον κύαμοι, τὰς κεφαλὰς τοκέων ἐνθάδε. *Da modo: Apud inferos aliae ſunt opiniones. Didici enim hic fabas & caput parentum nihil habere ſimilitudinis.* ubi neſcio cur interpretes vertant κεφαλὰς teſticules. quamvis non ignorem alios hanc quoque tradere cauſſam cur Pythagoras fabis abſtinuerit, quia virides fabae ſimiles ſint ἀνθρώποις μορίοις, ut loquitur Lucianus in βίων πράσει. Sed de capite parentis Clem. Alexand. 3 Strom.

Οὐδὲ μὰν ἔτι ἀπέχεται κεφαλῆς ἀπείκασμα κυάμου· τὸ ἐπίλυτον,

Γοῦν τοι κυάμους τρώγων, κεφαλάς τε τοκήων.

Fabas inquit prohibuiſſe Pythagoram, quod ſit legumen flatus excitans,

tans, non quod parentis capiti sit simile, ut velit ille versus. Idem est fabas atque caput patris edere.

Pag. 164. Καὶ μίτραλλα ὅλα χρυσία κεκομιδαι μοι δοκεῖς. Interpres: *& solidas auri venas mihi videris adduxisse.* Μίτραλλα ὅσα χρύσεια. *totas auri fodinas*, aut *auraria metalla*. Metalla Latinis & Graecis scriptoribus sunt loca, unde metalla effodiuntur. Iustinus de Philippo VIII, 2: *Auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat.* Sic *damnari ad metalla.*

Pag. 165. Κωλύει γὰρ οὐδὲν αὖθις σε δειπνεῖν, ὥσπερ ὀνειρόν τινα τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο ἀναμνήσαντα, καὶ ἀναπυρώμενον τῇ μνήμῃ τὰ διεφθαρμένα. Latinus interpres: *Nihil enim prohibet quo minus denuo coenes, si velut illius coenae somnium reducas, & quae tam ederis, rursum commemoratione quasi rumines.* Προάγειν num est *reducere*? imo id est *educere, producere.* Non potest haec vox hic locum habere. Legendum, ut legitur in optimo codice. ἀναπλάττοντα. *si veluti coenae illius somnium, imagineris, animo concipias.* Nam ἀναπλάττειν est φαντάζεσθαι, *imaginari, animo deformare.*

Pag. 166. Σωτὴρ ἐπισκοπῶν, ἐποσάκις τὸ σκιάδιον εἴη. *Subinde respiciens, quot pedum esset solarii umbra.* Recte sic Salmuriensis interpolator. Alii ineptissime. Veteres enim tempus metiebantur pedibus ad proprii corporis umbram. Pollux lib. VI, c. 8. τῇ σκιᾷ δὲ ἐπεκμετρῶσι τὴν ὥραν τὸ ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδόν, ᾗ καὶ σκιάδιον ἐκάλουν. καὶ ἔδει ἀπιέναι, εἰ δεκάπουν τὸ σκιάδιον εἴη. *Umbra vero tempus ad coenam eundi indicebant; quam & σκιάδιον vocabant. Et si decem pedum existente libandum erat.* Legendum autem ἔδει ἀπιέναι *properandum erat* ad coenam cum umbra decem pedum esset quia tum erat legitimum coenae tempus. Sic mensurabant tempus diei ante horologiorum inventionem, de quo multis disputat maximus virorum Salmasius in Exercitationibus Plinianis. Aristophanes in Ἐκκλησιαζούσαις:

Σοὶ δὲ μηλήσει
Ὅταν ἡ δεκάπους τὸ σκιάδιον λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον.
Tibi vero curae erit, cum duodecim pedum umbra erit ad laute prandendum ire.

Ibid. Ἀπέρχομαι κοσμίως μάλα ἐκκεκαπτρισμένος, ἀντιστρέψας τὸ τελαμῶνιον, ὡς ἐπὶ τῆς δεξιωτέρας γένοιτο ἡ ἀναβολή. *Abeo nitide admodum cultus, sic obverso pallio, ut qua esset parte purissimum ea videretur* sic interpres. nec reprehendo, nec hic audio veterem codicem, qui pro ἀναβολὴ legit μεταβολὴ. sed ἀναβολὴ est ipsum pallium. Glossae ἀναβολὴ *amictus, amiculum.* Inferius in Timone: τὸ σχῆμα εὐσταλὴς καὶ κόσμιος, τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικῶς τὴν ἀναβολήν. *Cultu decorus, atque ornatus, incessu ac pallio modeste composito.* Sic alibi eidem ἀναβεβλημένος εὐσταλῶς qui incedit pallio decore composito.

Pag. 168. Εἶπε μηδενὸς ἀνεχομένου πλησίον καταπεσεῖν αὐτὸν, ἐμὲ καταπεπλευκότα φέροντες, ὡς ἐμοτζάπιζοι εἴημεν. in Mss. κατακαπεπλεύκοτα. quod

quod minime damnandum. *Cum, inquit, nemo vellet accumbere juxta eum, me ibi collocarunt infra ipsum, ut in eodem lecto jaceremus.* sic hic locus interpretandus. Ὁμοτραπέζοι, sunt qui in eodem lecto triclinari cubant. In singulis lectis tres accumbere solitos nemo humanior paullo nescire potest.

Ibid. scribendum, ἄκρις ἤδη καὶ τὸ σύνηθον. sic Mſ.

Pag. 169. Parvae sunt duae labes, quae videntur a typographis profectae, sed quae tamen omnes inquinant editiones, in quibus scribitur χαείπσιν ὄμμα, pro χαείπσιν ὄμμα. & ὅπ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωτο, pro ὀσφήκωτο. Sic enim apud Homerum Il. ε. v. 51. cujus sunt, ut liquet, verba.

Pag. 170. Ὅτε τὸ ἔτυθον ἤψων τοῖς Κρονίοις, δύο τόμις & ἀλφίτοις ἐμβαλών. *Cum duobus extorum fruſtis injectis legumen coquerem Saturnalibus.* ἔψω quidem mutuatur ſua tempora ab ἑψέω, ſed quod dudum repudiarant Atticorum aures, ut οἱ γραμματικῶν παῖδες docuerunt. Itaque pro ἤψων malebam olim ἥψουν, ſed poſtea Mſ. mihi oſtendit legendum eſſe ἤψησα, & pro τόμις, τεμάχη. ſed ἀλφίτοις, ſunt *botuli*, *farcimina*, non inteſtina.

Pag. 171. Ἐπεὶ ἦ ἀπέθανε πρώην, ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους, Σίμων ὁ τὰ ῥάκια τὰ πίναρα, ὁ τὸ τρύβλιον φιλείχων, ἅσμενος ἐξελαύνῃ, ἀλυρχῇ καὶ ὑσγινοβαφῇ ἀμπεχόμενος. Et quae ſequuntur. Hic aliquid excidit. Sententia enim hiat, nec eſt unde pendeant ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους. Salmuriensis quidem interpres multa infarcit, alia omittit, & cetera miſere vertit: *Poſtquam vero pridie mortuus fuiſſet, omnes illas pecunias juxta leges, Simon ille gaudens effert, purpurea hyſginoque tincta veſte indutus.* Πῶ κεῖνται in Graecis Simon *ille gaudens effert?* Nam ἅσμενος ἐξελαύνῃς aliud eſt ut ſtatim videbimus. Cur omiſit τὰ ῥάκια τὰ πίναρα, ὁ τὸ τρύβλιον φιλείχων. Poteratne flagitioſius in hoc loco interpretando quiſquam verſari? Nec melius Eraſmus: *At ſimul ac mortuus eſt nuper, univerſis illis opibus juxta leges Simon ille, qui coria patria, quia patellam circum lingebat, gaudens purpura oſtroque circumtectus.* In his nulla eſt ſententia. Ad prima autem verba ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους addendum ἦλε, quod vitio librariorum intercidit, aut ſimile quidem. In ſequentibus quoque aliquid periit ὁ τὰ ῥάκια τὰ πίναρα nihil habent unde pendeant, & nihil ſignificant, ſed ex Mſ. haec jactura egregie ſarcitur, qui in prioribus unum aut plura verba periiſſe luce meridiana clarius oſtendit, quamvis & ipſa συνέχεια & ratio ſatis indicet. Sic autem in vetere codice hic locus ſcribitur: Ἐπεὶ ἦ ἀπέθανε πρώην, ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια φιλειβληκὼς τὰ πίναρα, ὁ τὸ τρύβλιον φιλείχων, &c. Pulchre ſane & vere. Sic igitur locum totum ſcribe & verte: ἐπεὶ ἦ ἀπέθανε πρώην, ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους * ... Σίμων. Καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια φιλειβληκὼς πίναρα, ὁ τὸ τρύβλιον φιλείχων· ἅσμενος ἐξελαύνῃ ἀλυρχῇ καὶ ὑσγινοβαφῇ ἀμπεχόμενος. *Poſtquam vero pridie mortuus eſt,*

* ἦλε.

est, omnia illa secundum leges cepit *Simon.* Et *nunc ille qui pannis sordidis indutus erat, qui catinum lingebat, hilaris equo vehitur, purpurea, & coccinea veste amictus.* ἄσμῳ ἐξελαύνῃ est laeto & alacri animo equo vehi, ἐλαύνειν est subaudito ἵππον, *equitare.* ut apud Latinos *vehere* sc. se equo, pro *vehi* frequenter legitur, sic & ἐξελαύνειν, & ἐπεξελαύνειν. Herodot. ἐξήλασε ἐς ἥβας τὰ ἑωυτῶ. *equitavit ad suam domum.* ἐξελαύνειν proprie Germanis & Belgis est uitrijden. Hysginus quidem color differt a coccineo, cum sit medius inter purpuram Tyriam & coccinum, potest tamen *coccineus* verti. Hysginus enim color conficiebatur ex purpura, quae coccino superinducebatur, ut dudum docuere viri doctissimi. Vide Salmas. exercitat. Plinian.

Ibidem. Non reprehendo vulgatam, αἳ ἢ ἀπιλεῖσιν ἀνελεῖν αὐτὰς· sed magis tamen probo libri veteris scripturam, in qua αἳ ἢ ἀπιλεῖσιν ἀνηρτῆσιν αὐτὰς. *Minantur se ipsas suspensuras.* Hae sunt & minae & facinora mulierum perdite amantium. In hoc ipso Luciano non unum est exemplum.

Pag. 172. Εἶτα ἄκνιον ὁ κακοδαίμων ὀλίγον τῶ ψηγμάτων ἤκειν ἐς τὸν βίον, ἐξ ἐκείνης ἐπιπεσάμῳ. Salmurienſis: *Itane neglexi infelix vel pauca frusta in vitam importare, cum illo essem alitus.* Sed ἤκειν ψήγμασι ἐς βίον significat ne *frusta importare in vitam?* In editione Basileensi Graeca 1555 legitur, ὀλίγων τῶ ψηγμάτων ἤκειν. Constat sane ἤκειν construi cum secundo casu, ut apud Herodotum οὗ ἥκω χρημάτων, *sum pecuniosus, dives.* οὗ ἥκω φρενῶν apud eundem *sum prudens.* Sed dum semper οὗ aut πέρι, adjunctum habet. Quod concise dicunt οὗ ἥκειν τῶ χρημάτων, integrum est, οὗ ἥκων ἐπὶ πολὺ τῶ χρημάτων. Sed hic habere locum non potest, ne nunc dicam ὀλίγον legi in Mſ. Florentina, Aldina, ceteriſque editionibus. In Florentina vero editione ſcribitur ἤκων pro ἤκειν. Inde mihi perſuaſi excidiſſe & hic verbum φέρειν. Et legendum ἤκειν φέρονσα. *Omiſi ferre invitam.* Eſt loquendi genus, ut multa hujus generis alia, Graecis peculiare, ἥκω φέρων eſt *fero.* Iſaeus: ὃ γονεῖς ἀμφῖνας οὐκ ἥκει φέρων. *non adfert factas teſtamenti tabulas.* Apud Poëtas vero, imprimis apud Homerum, infinita talium locutionum ſunt exempla.

Pag. 173. Scribe: ἐγὼ ἢ τοιοῦτός σοι φημὶ ὑπερφυὴς μηδὲν γένεσθαι τότε. Et ſic legit interpres Latinus, quamvis omnes editiones Graecae μηδέ.

Ibid. Καὶ αὖθις εἰς Ἰταλίαν ἀνακλώσας ὅπου διέβημεν τὰς κατ' ἐκεῖνα ἴκνιας, ὥστε ἥδιον ἤδη με. Interpolator: *Et cum in Italiam rursum vela feciſſem, eo affectu Graecos ejus temporis imbui, ut me Deum praedicarent.* Palmerius cum vidiſſet in ultimis verbis labem haerere, cenſebat legendum eſſe, ὥστε ὡς ἥδιον ἰδεῖν με. Sed una immutata litterula vidi puer fere ſcribendum eſſe, ὥστε ἥδιον ἦγόν με. *ut me pro Deo ducerent*, ſeu *haberent.* & vere me vidiſſe Mſ. poſtea declaravit qui eandem ſervavit ſcripturam.

Pag.

Pag. 175. Mſ. *Μακρὸν οἷ ἂν γένοιθ' καθ' ἑαυτὸν ἔτι ἐστι.*

Pag. 177. *Οὔτε πράγμασι ἔχεις λογίζομένῳ, ἢ ἀπαιτῶν, ἢ τοῖς καθ' ἑαυτὸν οἰκονόμοις ἐμπυκτεύων, οὐδὲ τὰς φροντίδας λογίζομένῳ.* Vertunt: *neque ſupputandis, aut repetendis pecuniis occuparis, neque cum ſceleratis diſpenſatoribus conflictaris, neque curis diſtraheris.* Sed cui perſuadebit *τὰς φροντίδας λογίζεσθαι* eſſe *curis diſtrahi*? ne dicam *τὸ λογιζόμενον* eſſe in eadem *ἀπέχεσθαι* repetitum inſcite, & in ultimis verbis eſſe *ἀπερισπάστους*. Optime Mſ. *καὶ πρὸς τὰς φροντίδας μεριζόμενον. & talibus curis diſtractus, talibus curis preſſus μεριζεσθαι τὸ τι* eſt *alicujus rei participem fieri.* Obvia ſunt exempla.

Ibid. *Ἑσπερινὸς δεῖ δειλαίῳ ὀψίαν, λυσιτελοῦντι λοῦ δεκῆ.* Vertunt: *Sero ſurgis crepuſculo, & ſi libuerit, lavaris.* Praeſtat *ſera veſpera.* Duplex enim erat veſpera prior, & ſerior, Veſpera prior ſtatim erat a prandio, poſterior cum ſol occideret, Atticis, *δείλη, πρωΐα, καὶ ὀψία.* Suidas: *Δείλη ὀψία ἡ περὶ δύσιν ἡλίου. δείλη πρωΐα, ἡ ἀπὸ δρίστου ἕως, ἡ μὴ τὸ ἄριστον. Sera veſpera circa ſolis occaſum: Veſpera prior, a quae eſt a prandio.* Nam verba *ἡ ἀπὸ δρίστου ἕως*, ſunt tanquam inſulſa delenda. Heſych. *δείλη πρωΐα, ἡ μετ' ἄριστον ἕως. δείλη ὀψία, ἡ περὶ δύσιν ἡλίου. Veſpera prior eſt tempus a prandio, Veſpera ſerior, quod eſt circa ſolis occaſum.* Hinc & *ſerus veſper* Latinis. Varro: *Neſcis quid ſerus veſper vehat.*

Pag. 178. *Ἡ Διονύσιος καθαιρεθεὶς τῆς τυραννίδος, ἐν Κορίνθῳ γράμματα διδάσκει.* Salmurienſis: *Aut cum Dionyſius tyrannide abdicatus Corinthi litteras docet.* Latinis *abdicare magiſtratum* dicitur is, qui ſponte illum deponit, & exuit ſe ipſe dignitate: *Abrogatur* vero magiſtratus ei, qui illo ab alio exuitur. Mallem igitur: *abrogata tyrannide*, aut *exutus tyrannide*. Sed Mſ. non inſcite. *ἢ Διονύσιος καθαιρεθεὶς τῆς τυραννίδος ἐν Κορίνθῳ γραμματικὴς διδάσκει, μὴ πλείστου δεῖν παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. Aut Dionyſius, poſtquam extincta eſt tyrannis Corinthi Grammatiſta docet, poſt tantum imperium pueros ſyllabas connectere cogens.* *γραμματικῷ* enim dicebantur, qui pueros docebant prima elementa Grammatices, Grammatici vero, qui Poëtas & alios ſcriptores interpretabantur. pro *ἀναγκάζων* idem codex *διδάσκων*, quod non probo, quia modo id vocabulum praeceſſit. Sed mox rectius in illo exaratur: *ποίᾳ πὴ ἐπιτρόπῃς ἐκείνῃ τῇ βίᾳ*, quam in vulgatis *ποίᾳ τινὶ ἐπιτρόπῃς ἐκείνῃ τῇ βίᾳ, quale illud vitae genus eſſe olim expertus es.* Nam *τινὶ ἐπιτρόπῃ* non bene junguntur.

Pag. 179. Cum recenſuiſſet regiarum divitiarum affluentiam, ſubjicit, *καὶ ἡ ἄλλη τῆς δρχῆς τραγῳδία πᾶσα ἐξ ὑπερβολῆς ἐξαγωμένη*, Vertunt: *reliquaque omnis tragoedia principatus, ſupra quam credi queat, ingens.* Quid ſit *tragoedia principatus ingens*, quaerant, quibus libet *λῆρεῖν*, & tempus perdere. Vertendum *reliquuſque regius omnis apparatus, ſupra modum ingens: τραγῳδία δρχῆς* eſt *regii faſtus choragium*, omnia, quibus reges ſuperbiunt, & ſuam oſten-

ostentant potentiam. Amat hoc vocabulum Lucianus ut superius notavimus.

Ibid. Alios conscensis tectis aedium magni aestimasse, si illis liceret videre τὰς ὡσπίμπους, τὰς ἐπομένους, *anteambulones, & a tergo sequentes.* Optime Mſ. τὰς ὡσπεμπαδίους qui ante me ibant, pompam quasi regiam ducentes. Nam ὡσπίμπους, est *praemittentes.*

Ibid. Hoc quoque vitiosum est in verbis mox sequentibus, ἢ Ζεὺς ἐκ παγκάλου χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, *Aut Iupiter omnibus partibus decorus, auro & ebore compactus.* Sed unde pendet χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος. Mſ. ἐκ χρυσοῦ ἢ ἐλέφαντος. quis dubitet sic scribendum?

Ibid. Sequitur pervenusta comparatio tyrannorum cum Colossis & statuis affabre factis a praestantissimis artificibus, sed in quibus intus nihil videatur, nisi vectes, clavos, stipites, καὶ πίτταν ὑπόπηλον, hoc est, si fides interpretibus, *picemque sublitam.* sed Mſ. καὶ πίτζαν, καὶ πηλὸν, *& picem, & lutum.* ὑπόπηλος est vocabulum nihili, quod nusquam legitur. Dicendum fuisset πήλινος. sed quid moramur vera lectione inventa? Sic se scripsisse paulo post ostendit quoque ubi Micyllus dicit, αὐδὶς ἔφην ἐγὼ τὸ πηλὸν, καὶ τοὺς γόμφους, καὶ μοχλοὺς, οἵπερ εἶεν τὸ δεχῆς. *Nondum ostendisti lutum, & clavos, & vectes regni.*

Pag. 181. In his quoque verbis maculae sunt eluendae veteris codicis ope, quae sic eduntur: ὁ γὰρ κίνδυνος ἐμοὶ μὲ εἰ παρλισθοί τὸ σμιλίον, καὶ ἀμῴρθοι τὸ τομῆς τὸ ἐπ' ὀλίγον τι ἀμοξαι δ' ἀκτύλε σὺν τιμόντα. Latinus interpres: *Nam mihi hoc unum periculi est, ut si paullulum aberret smilion, deflectatque a recta incisione, summum secantis digitum exiguo tingat sanguine.* Αἱμόσειν non constituitur cum secundo casu. sed legendum ex Mſ. αἱμάξαι τὰς δακτύλους σὺν τιμόντα ὀλίγον τι. & vertendus totus locus: *Mihi enim hoc unum periculum est, si scalpellum aberret, deflectatque ab incisione recta, digitos leviter secando vulneret.*

Ibid. Regi scenico tribuit Micyllus ξίφη ἐλεφαντόκωπα, καὶ ἐπίσειον κόμαν. *eburneis capulis gladios, & comam ventilantem,* sic interpres. Sed hoc nullus mortalium intelligit. Κόμη ἐπίσειος est *coma promissa,* quae flagellat cervices, *Coma vaga & volucris,* ut Tertullianus loquitur, quae motu corporis aut aurae facile movetur. Pollux IV, 19. ubi agit de personis Comiicis: τῷ δ' ἐπισείῳ φρατώτῃ ὄντι, καὶ ἀλαζόνι, καὶ τὰς χεῖρας μάλιστα, καὶ τὴν κόμαν, ἐπισείσθαι εἰ τελοῖς. *Militi vero, qui a coma dicebatur* ἐπίσειος, & *jactabundo, est color & coma niger, moventur* seu *vibrantur capilli* Philostratus in imaginibus describit Cyclopem χαίτην ἀνασείοντα ὀρθὴν, καὶ ἀμφιλαφῆ πίτυος δίκην. *jactantem rectos crines & multos instar quercus.* Talis ἐπίσειος κόμη mihi videtur conspici in Alexandri Magni nummo, quem cum alii, tum Iacobus Sponius nuperius attulit in antiquitatibus Curiosis Gallice editis.

Ibid.

Ibid. De hiſtrionibus Regis perſonam gerentibus, *ὧδ' ἢ οἷα πολλὰ γίνεται προσκρούσας τις αὐτῶν ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καταπίπτῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρέχει τοῖς θεαταῖς. Quod ſi quis, qualia plerumque accidunt, ipſorum aliquis impingens, media in ſcena cadat, riſum profecto movet ſpectatoribus.* ſic interpretantur. In Mſ. pro προσκρούσας habetur *κενεμβατήσας* & pro *παρέχει*, *παρέχοι*. Vocabulum rarum eſt *κενεμβατεῖν*, *in locum vacuum venire*, ubi ſit cadendum, ut ſi quis putet ſe per ſcalas, illis ablatis, ex editiore loco deſcendere, neceſſe eſt ut cadat. Plutarchus in Flamino, cum narraſſet Graecos in ludis Iſthmiis, praeconis vocem qua liberos illo eſſe juſſerat, tanto excepiſſe plauſu, ut corvi ſupervolantes in ſtadium deciderint, cauſſam hujus rei reddit: *αἰτία δ' ἡ διὰ μέσου ῥῆξις. ὅταν γὰρ ἡ φωνὴ πολλὴ καὶ μεγάλη φέρηται, διαστέλλουσιν ὑπ' αὐτῆς οἱ ἀντερείδοντες τοῖς πετομένοις, ἀλλ' ὀλίσθημα ποιεῖ, καθάπερ κενεμβατοῦσι. Cauſſa eſt diviſio aeris: cum enim multa & elata vox mittitur, diviſus ab ea non ſuſtinet volucres, ſed facit ut decidant, ut ſolet iis evenire qui in loca vacua veniunt*, ubi nullum eſt ſolum, cui inſiſtunt, ubi eſt hiatus, ſicut in foſſis, & puteis. Non vero in ſcena plana illos hiſtriones, de quibus loquitur, cadere, ſed de altiore loco in humiliorem & depreſſiorem, oſtendunt ſequentia, ubi totum corpus gravi illorum *κενοβατούντων* lapſu vulnerari, & violari ait. Hujus vocabuli vim cum non cuperent ſcioli, ſubpoſuerunt notius & tritius *προσκρούσας*. Fuiſſe vero in theatris non unum locum, ubi hiſtriones poterant praecipites cadere in inferiora loca, liquet cum ex aliis antiquorum locis, tum ex Pollucis lib. IV. c. 19, ubi agit de theatri partibus.

Pag. 182. Dicit Alectryon: Nullam vitam humana tranquilliorem eſſe, ſi modo ſit *μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις, καὶ χρείαις ἐμμεμετρημέναις, naturalibus duntaxat cupiditatibus & uſibus circumſcripta.* Sed quis dixit *ἐμμετρέω*, aut ubi legitur *ἐμμεμετρημένος*? Nuſquam quam in hoc loco, qui merito ſuſpectus fuit viris doctis. Mſ. noſter ſcribit *ξυμμεμετρημένος*. Optime. Thucydides lib. 2, *ἐν οἷς ξυνδιαμησάσαι τὸ ὀλίγον ὁμοίως καὶ ἐπλούτησαν ξυμμετρίᾳ. Quorum vita ſimul & mors felicitate circumſcripta eſt*, hoc eſt qui viri & morientes fuerunt felices.

Ibid. *Καὶ μὰ τοιχωρυχῶν με σπουδαγκάσεις.* Laborare hunc locum vidit Marcilius. ſed remedium praeſentius nobis Mſ. offert, in quo legitur, *εἰμὴ καὶ τοιχωρυχῶν γε σύ με ἀναγκάσεις. Num te me compelles parietes perfodere?* Praecedentia vero verba ſic diſtinguenda ſunt: *πῶς τοῦτο, κεκλεισμένων θυρῶν; quomodo hoc fieri poterit, clauſis foribus?*

Pag. 183. Locus eſt qui me diu torſit, praeſertim cum nihil in antiquo libro mihi eſſet praeſidii ad eum emaculandum. Nam inquinatum eſſe nullus dubitabam. Quis enim haec interpretetur, *ὁ ᾗ*, loquitur de Simone cerdone, qui luculentam creverat hereditatem, *ὥστε ἐξαίφνης ἀπιδὼν τὰ παρόντα.* Vertunt: *At ille rurſum*

ceria

coria calceis assuenda obrodet, ebibetque. Serice aut Scythice si interpres loeutus esset aeque intelligeretur ac nunc intelligitur. quid enim *ebibet*? quid bibere ad corii rosionem? Dein ubi in Graecis sunt coria *calceis assuenda*? κατάμμοθα sunt soleae, quae calceis suppinguntur, & pedibus teruntur. At pro ἀπτίνων si legas, ut sine dubio legendum ἀπτῶν, omnes tenebrae discutientur, quae locum hunc reddiderant inexplicabilem? ἀπτόω est sordibus inquino, maculo, ἀπτόω est sordibus purgo, emaculo, Hesych. ἀπτᾶ, ἀπορυπαίνει. πῖον δὲ ὁ ῥύπος. ἀπτίζεται est *sordibus purgatur*. πῖον enim *est sordes*. Sic hunc Hesychii locum emendandum vidit olim Henricus Stephanus, cum in editis libris legatur ἀπιζεται, & recte Stephanum legisse hic Luciani locus argumento est. Sententia igitur, Graecorum Luciani verborum haec est: *At ille rursum soleas obrodens sordibus purget.* Nam sutores etiam ore soleas crepidarum lingendo, & si quid dedecet dentibus abradendo ut magis niterent, emundasse videntur.

Pag. 184. Περὶ τὸ ἱππικὰ ἐστι δ' πάνυ ἐπιμελής. Typographi vitium esse ducerem, nisi in omnibus editionibus inveniretur. Scribendum enim ἀεὶ τὸ ἱππικὰ ἐστι δ' πάνυ ἐπιμελής.

Ibid. Τὰ ζ ἐκκλίσεις εἶδε Σόσυλος. Mss. unam vocem, quam & exigit sententia, interponit, quae recipienda est. τὰ ζ ἐκκλίσεις εἶδεν, οἶμαι, Σόσυλος. *At sedecim vidit, opinor, Sosylus.* Nam se dubitare, non certo scire num viderit, ex sequentibus licet cognoscere. Paullo inferius: σιώπησον ὦ Μίκυλε μὴ κατάφωρός σοι παράσχῃς ἡμᾶς. Vertunt: *Tace Micylle, ne nos praesentes prodas in furto?* Quis furabatur? Atqui jam Gallus praedixerat furari non licere, nec quicquam rei alienae tangebant. Praeterea ubi in Graeco est *in furto*? Ista igitur verba dele, si Graeca recte velis intelligere.

Ibidem. Ποὶ δ' ὅμοιος ἐγὼ κἀγὼ τὰ τρύβλια ὑπὸ μάλης ἔχω. Elegantius & ἀπλουστέρως Mss. τὰ τρύβλια ὑπὸ μάλης ἄπιρι ἔχων. De quo loquendi genere paullo ante monui.

Pag. 185. Ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον ἐπὶ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τὰς τόκους, καὶ τὰς δακτύλους κατασκληκότας. Interpres: *Vides hunc etiam curis invigilantem, digitis contortis usuras supputantem.* Sed δακτύλους κατασκληκὰς, non est *contortis digitis*, sed *cujus digiti contabuerunt*. Sic paullo ante de Simonide: καὶ κατασκληκὼς ὅλος ὑπὸ φροντίδων. *Et totus contabuit, & extenuatus est curis.* Sic igitur verte: *Vides hunc etiam vigilare prae curis, supputare usuras, & ejus digitos contabuisse* ut solent esse hominum morbis aut curis confectorum digiti. posses etiam vertere *digitos ejus occalluisse, callo fuisse obductos*, sive *callo induruisse* assidua supputatione. & hoc malo. Mox nescio cur σίλφη Latine vertatur *silpha*, ut paullo ante σιλίκιον, *silicium*, cum Latina lingua has voces ignoret, & in ea suppetunt commodae, nimirum *blatta*, & *scalpellum*.

Pag. 186. In Icaromenippo. Valde fallor, aut scribendum est non longe a principio: πάλαι γάρ ἐπαιρομένῳ σε ἀδηκηλιδῶν ἡλίους καὶ σελήνας, ἔπ᾽ ἴχνη τὰ φορτικὰ ταῦτα τραδίας τινας, καὶ ἀδιστύγνας ὑποξενίζοντα. *Et enim jamdudum te sequens audio soles & lunas, & ridicula illa, stadia quaedam & parasangas tanquam peregrinum jactantem.* Vulgo legitur σταθμὰς mansiones. sed τραδίοι & ἀδιστύγνα rectius junguntur quam σταθμοὶ & ἀδιστύγνα. Si quis tamen malit vulgatam tueri, per me licet, praesertim silentibus veteribus libris.

Pag. 188. Verba haec Menippi non assecuti sunt Erasmus & Salmurienses interpres, cum καταφρονήσας αὐτῶν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα ἀσχολίαν τῆς ἀληθῶς ἀσχολίας ὑπολαβών, ἀνακύπτειν ἦν, καὶ πρὸς τὰ πᾶν ἀναβλέπειν ἐπειράμην, interpretantur: *Contemptis his atque horum studio, adjectoque animo ad ea quae sunt vere bona, hinc emicare, & ad universi naturam suspicere sum conatus.* ἀσχολίαν τῆς ἀληθῶς ἀσχολίαν ὑπολαβών, non est *adjecto animo ad ea quae sunt vere bona.* sed haec significant cum praecedentibus καὶ τὴν περὶ ταῦτα ἀσχολίαν, *& earum rerum studium abstractionem a veris bonis esse ratus, sursum oculos tollere, & universum respicere studui.* ἀσχολία saepe est impedimentum, quo aliquis avocatur & abducitur a negotio & re quadam.

Pag. 191. Καὶ τῆς ὡς περὶ ἑνὸς αὐτῶν ἀμφιλεγομένου κατηγόρουσιν. Interpres: *eos damnantes qui de hoc veluti uno quopiam disputarent.* αὐτῶν delendum videtur, si Graece loquutus est Lucianus, uti semper accurate & emendate locutus est. In Mſ. est αὐτὸν. quod nec ipsum hic locum habere potest.

Pag. 194. Πάμπολυ τῆς νεφῶν ἀπαιωρήσας vertit Erasmus, *plurimum nubium emensus.* sed ἀπαωρᾶν est avellere, avertere. Forte legendum ἀναπλᾶς hoc est, quod volebat Erasmus, *cum supra plures nubes evolassem.* Inferius in hoc catalogo: ἀμασίους ἐμαυτὸν ἐνεπτόμην δίμετ᾽ ἐς αἰγιόχοιο Διὸς. *me ipsum movens evolavi ad Iovis Aegiochi domum.*

Ibid. Leg. τὴν τῆς ἱπποπόλων Θρηκῶν. ex Iliad. γ. v. 4. non ἱπποπόλων ut editur vulgo, quibus hic nullus est locus.

Pag. 199. Οὗ μὲν γὰρ ἦσαν εἰλαπίναι. Erasmus: *ubi erant convivia.* cum sit, *alibi erant convivia.* Sic Aristoteles in Oeconomico quater usus est ἄ pro *alibi.*

Pag. 201. Scribe ταῖς μυρμηκιαῖς μάλιστα ἐμέλησε. Nam μυρμηκιὰ est ἡ μυρμήκων ὀπή, & mox ἀνεπτόμην δίμετ᾽ ἐς Αἰγίοχα Διός.

Pag. 203. Vide ineptias interpretum haec verba ὑπεπτόητέ γε ἡμῶν τὸ παρεόν δεξόν μου τῆς ἐπιδημίας. καὶ ὅσον ἄδην πάντας ἀνθρώπους ἀφίξεσι ἀσπαδίκαις, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπλημμύρης, sic vertentium: *Non nihil enim ipsos turbabat, novus & inopinatus adventus mei, & quod nunquam futurum expectabant, ut omnes homines ad eundem morem alati venirent.* In qua versione nihil sani. nescierunt

ὅσον

ἤδη ἤδη, & ἤδη ἤπου eleganti idiotismo Graecis significare *jam jam, paulo post*, quod dudum observavit magnus Budaeus. Verte: *Turbabat enim eos non nihil nec opinus meus adventus, & quod fortasse vel mox omnes homines ad eundem modum alatos adventuros putarent.*

Pag. 206. Non absurde Mſ. ἐπεστάτει τοῖς ἀνέμοις καὶ ταῖς ὥραις, ἃ δεῖ ποιεῖν. Vulgati ποιεῖν. *praecepit ventis & tempestatibus, in quibus esset elaborandum.*

Pag. 207. Censeo Lucianum scripsisse τὰς τε Ἡσιόδου θεογονίας ἦσαν ἠμῖν. *Hesiodi Theogonias canebant.* non τὴν θεογονίαν, ut vulgo legitur.

Pag. 112. In his accusato Mſ. pro ἤδη ἦσαν κτήσασθαι τὸ ὦς, φασι χολᾶν ἄγαν. scribit ἤδη ἦσαν ἀλφάσασθαι τὸ ὦς, φάσιν, χολᾶν ἄγαν. *Non tantum otii habens ut aurem inveniat*; hoc est, *tangat*: ἀλφάω & ἀλφάνω est invenio.

Ibid. Ἄριστα κρίνα, καὶ χαλάσας εἰς τὸ αὖτο ἔψυπτες. Haec respiciunt Pythiae responsum, quod dedit Croesi legatis, cum id consulerent de Rege, quid tum ageret, apud Herodotum lib. 1. c. 47. Meminit etiam superius in Iove Tragoedo.

Pag. 213. Nec haec verba ceperunt interpretes, ἃ δὲ μόνον κεφάλαια ταῦτα τῆς διοικήσεως, ὑετὸς, καὶ χαλάζας, καὶ πνεύματα, καὶ ἀστραπὰς αὐτὸς εἰσφυσήσας καὶ βροντὰς πέπαυμαι τὰ ἐπὶ μέρους φροντίδων ἀπηλλαγμένος. cum sic interpretantur: *Non enim solum generalibus illis meae administrationis, pluviis videlicet, grandinibus, ventis, & fulguribus administratis, ceu curarum parte sublevato, quiescere mihi licet.* αἱ ἐπὶ μέρους φροντίδες sunt *speciales curae*, quae singulis sunt impendendae, & opponuntur τοῖς κεφαλαίοις διοικήσεως, quae sunt, in quibus summa rerum vertitur. Sic autem vertes. *Non enim tantum praecipua illa mei imperii, pluvias, grandines, ventos, fulgura cum ipse rexi & gubernavi, levatus & solutus sum curis his particularibus.*

Cur pag. 114. in omnibus editionibus est μερμηρίζω? quis enim nescit μερμηρίζω Homericum esse verbum?

Pag. 216. Αὐτοχείδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων, ἢ τεκτόνων ἀθρόον. Mſ. ἀθροισθέντες. *Philosophi extemporanei ex coriariis & fabris facti aberrant.*

Pag. 218. Mſ. Αὐτὴ μὲ σὺ ταῦθά πως ἐπὶ τῷ πάγῳ κάθησο. *Tu vero hic in colle consideto*: male in editis καθῆσθαι. Nam quamvis infinitivus pro imperativo Graecis usurpatur, hic tamen collocari non potest.

Pag. 220. Καὶ μάλιστα ὁπόσους μηδὲν τῶν ἀναγκαιοτέρων ἀθλαχόλει. Vertunt, *inprimis quibus nihil rerum necessariarum curae est.* Περιαχολεῖν est verbum quod Graecia non novit, nec nosse potest. lege, ἀναγκαιοτέρων πέρι ἀχολεῖ. *praecipue quos nullum negotium necessarium avocat, impedit.*

Pag. 221. Ὁ μισθὸς πρὸς τοῦ κρίσεως ἄκης. *Merces pro quoquo judicio*

tres oboli. Haec erat merces constituta, quae Athenis judici dabatur. Pollux Onomast. VIII, 5. τριωβόλιον ὁ τῇ δικαστῇ διδόμενος μισθός. *Tres oboli, data judici merces.* Aestimatur autem obolus Atticus octo chalcis, seu *stufero* Batavico, chalcus vero, quem Batavi *deutam* vocant. Sic & patroni causſarum merces erant tres oboli. Inferius in hoc ipso dialogo: πολλοί γε, οἳ κἂν ἐπὶ τριωβόλῳ λῃρᾶσαι ἕτοιμοι. *Sunt multi, qui vel trioboli gratia diſrumpi parati ſunt.*

Pag. 222. Τὰς παλαιὰς πρότερον διαλύσωμεν, αὖτοι γὰρ οὗτοι ὕστερον διδικάσουσιν. *Antiquiores*, illas, inquit interpres, *prius dirimamus; Hae autem poſtea judicabuntur.* Non rejicio hanc ſcripturam, ſed mihi tamen magis arridet Mſ. lectio, in quo παλαιὰς πρότερον διανύσωμεν. *priores prius expediamus* ſc. cauſſas.

Ibid. Πλὴν ἀλλὰ κλήρου ἴνδικα. Sic Mſ. *verumtamen ſortire decem.* Editi, πλὴν ἀποκλήρου.

Ibid. Τὰ δὲ καὶ τὰς ὑπηρεσίας ἤδη Ἀθήνησιν ὁ Ἀρείῳ πάγῳ ἀποκληρώσομεν. ſic Mſ. Ἀττικῶς. Vulgo ὑπηρεσίας.

Pag. 223. Οὐδεὶς ἐθηλήσειέ γε τῆς φαιερᾶς συναγορεύσαι μίδη. *Nemo certe velit ebrietati palam patrocinari.* Puer vidi legendum ὁ φαιερᾶς. Et nunc firmat Mſ. in quo. ὐδεὶς ἐθελήσῃ ἴνγε τῆς φαιερᾶς συναγορεύσαι μίδη. *Nemo volet aperte patrocinari ebrietati.*

Pag. 224. Dicitur ebrietas πρεσβυτέρου νέου ἔτι καὶ ἁπαλὸν ὄντα. Vertunt *praereptus cum eſſet adhuc adoleſcens tenellus.* ſed reponendum ex Mſ. προσαρπάσαι νέον ἔτι καὶ ἁπαλὸν ὄντα, *ad ſe rapiens, ſeu attrahens adoleſcentem etiam tunc & valde tenerum.* pro quo c. 26. dicit, πρὸς ἑαυτὸν ἕλκυσασα, & ſtatim, προσάγεται αὐτὸν τὰς πολλὰς.

Pag. 227. Πλὴν ἀλλὰ ἐκεῖνά γε αὐτὴν ἐρωτᾶτε, οἵας ἂν οἴεται γένεσθαι τὴν Ἡρακλέα, καὶ τὸν ἡμίτριον Θησέα, εἰ προσδέοιτο τῇ ἡδονῇ ἕπεσθαι τὰς πόνους. *Verumtamen illud ab ipſa quaerite, quales putet fuiſſe noſtrum Herculem & Theſeum, num voluptati indulgentes, evitarint labores.* Nihil hic reprehendo, ſed moneo tantum in prioribus verbis πρότερον inſerere Mſ. ἐκεῖνά γε αὐτὴν πρότερον ἐρωτᾶτε, *haec prius illam interrogate.* dein pro προσδέοιτο in illo, ut & Anglicano ſcribi πεισθείη. *num perſuaſa a voluptate*, ut alludat ad Herculem Prodicium apud Xenephontem, cui voluptas omnibus modis perſuadere conabatur, ut ſua ſequeretur caſtra.

Pag. 228. Καὶ μὴν φησι κεφάλαιον τῶν πόνων τὴν διδαιμονίαν ἐκφεύγειν λῆρον οἰηθεὶς, τοὺς μὲ ἀγκύλους ἐκείνους λόγους, καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους ἀπέφυγε. Vertitur: *Et quam laborum caput, felicitatem provenire dicit, nugas ratus, obliquos illos ſermones & labyrinthis ſimiles evitavit.* In Mſ. legitur καὶ μὴν φησι ἐπὶ κεφαλαίῳ, τῶν πόνων. ἐπὶ κεφαλαίῳ, ὃν κεφαλαίῳ, & apud Thucyd. ἑνὶ κεφαλαίῳ eſt *uno verbo*, quod & Latinis, *denique*, aut, ut Cicero, *quid quaeris? noli quaerere.* Idcirco ſic vertes: *Et quam ut uno verbo dicam, laborum ait felicitatem eſſe, pro nugis habens, ambiguos illos ſermones,*

nes, & labyrinthis similes evitavit. quamvis vulgatam non damnem, quae sic potest explicari commode, *& quam felicitatem, caput* seu *summam omnium laborum, ait esse, pronugis habens.*

Ibid. Ὥσπερ ἐπίτλω ἐπὶ τὸν Ζ ἐλέῃ βωμὸν ἐπὶ τὸν ἡδονὴν καταφυγόντα, sic rectius Mſ. *Cum ille supplicis instar ad voluptatem, tanquam ad misericordiae aram confugerit.* editi: φοβηθέντα, sed tum non confugiebat, sed ante confugerat.

Pag. 230. Τοιγαροῦν ἐρήμην αὐτὸν κατεδικασάτωσαν. Male interpretantur: *indicta igitur causſa ipsum condemnent.* Est enim, *ipsum condemnent quia non obierit vadimonium.* Sic ἐρήμην ὄφλειν, est *vadimonii deserti reum esse.* Pollux VIII, 8.

Ibid. Ἐρήμην λύειν, est *deserti vadimonii absolvere*, & iterum agendi facultatem dare.

Pag. 232. Αὐτὸν ἢ τὴν γυναῖτλω ἐκεῖνον. Mſ. αὐτὸς δὲ.

Pag. 233. Ἔνοχος τῇ κακώσεως non est *vexationis* obnoxius, ut volunt interpretes, sed *malitioſae desertionis reus.* Pollux Onom. lib. III. 3: ἀποπέμψασθαι γυναῖκα, καὶ τὸ πρᾶγμα, ἀποπομπὴ, καὶ ἀπέπεμψεν, καὶ ἀποπέμπειν δίκη. καὶ κακῶν, καὶ δίκη κακώσεως. πρόικὸς, σίτου. καὶ τἀναντίον, ἀπόλειψις, καὶ δίκη ἀπολείψεως, & ineptiſſime ab interprete Latino κακῶν & κάκωσις, *affligere*, & *afflictionis poena.* Hic locus, ut plurima alia in Polluce non possunt verti Latine, quia lingua Latina caret vocablis quibus proprietatem harum Atticarum locutionum exprimat recte. Hoc vero vult ἀποπομπὴ & ἀπόπεμψις dici de viro, qui repudiat uxorem. κακῶν & κάκωσις de eo qui eam deserit. sicut contrario ἀπόλειψις de uxore, quae virum deserit, sive nuncio remisso, sive, ut puto, malitioſe, & sine causa. De τὸ ἀπολείπειν, vide quae notavi olim ad Soloeciſtam. Quamvis δίκη κακώσεως sit quoque actio malae tractationis, quae datur etiam parentibus adverſus liberos, & pupillos. Vide Harpocrationis Lexicon.

Pag. 235. Ἐς ἢ τὴν Ἀκαδημίαν, ἢ ἐς τὸ λύκειον ἐλθόντε, τῷ βελτίστῳ τούτῳ ἀμιλλόμενω συμπεραπτεῖν, ἡρέμα ἀμελετήμβρος. πολλὰ ἴχων. &c. Ultima sic leguntur. In Mſ. cum aliquot verborum incremento: ἡρέμα συνδιαλεγομένους, ἢ ἐπαινοῦντα καὶ κρότου δεομένους. πολλὰ ἴχων. *placide disputantes, laudes & plausum non desiderantes.* quae Luciani esse nemo inficiabitur.

Ibid. Dialogus dicit se ἀναβαίνοντα ὑπερῴου Ζ δεσμοῦ. sed ὑπερῴου simpliciter significat *super coelum*, vel *in coelo.* Mſ. ὑπὲρ τὸ οὐρανὸν Ζ δεσμοῦ. *ſuper coeli dorſum*, hoc est supra nubes, Dialogus autem hic cum de rebus sublimibus loquitur, πραγματεῖ, καὶ μετεώρῳ βαίνῃ.

Pag. 236. Οὔτε πεζὸς εἰμι, οὔτε ἐπὶ μετεώρων βέβηκα. Interpretes: *Neque pedeſtris, neque ſublimis incedo.* ἐπὶ μετεώρων βαίνειν non est Graecae loquendi ratio. Graeci enim dicerent μετεώρων βαίνειν. Deinde num μετεώροις opponuntur πεζοῖς? Nihil certius,

legendum esse, ut olim vidi, & nunc vere me vidisse Mſ. docet, ἐπὶ τῶ μέτρων βέβηκα. *neque in metris incedo*, hoc est neque in prosa, nec poëtice scribor: genus meum dicendi non est quale est illorum, qui oratione soluta utuntur aut philosophi, aut oratores, aut historici, nec quale est poëtarum, sed est ex utroque mixtum. Mox κὴ ὑπὸ τῶ συνεχῶν ἐρωτήσεων κατασκληκώς, non est, ut interpretantur, *continuis interrogationibus praefractus*, sed exilis, exsiccatus, jejunus, macilentus, de qua voce superius non nihil notavi. Paullo ante repone particulam ἢ suo loco, ex quo exciderat, πάντα γὰρ μᾶλλον ἂν ἤλπισα ἢ τὸν Ἀβέλλιον τοιοῦτον ἐρεῖν περὶ ἐμοῦ.

Pag. 237. Ὅτι μὲν τὰ ἰχνὰ σμίκρα κὴ λεπτὰ καθήμενος πρὸς αὐτὸν σμικρολογοῦμαι. *quod tenuia illa & exilia cum ipso sedens argutari non soleo.* Mſ. pro τὰ ἰχνὰ scribit τὰ γλιχρὰ & pro καθήμενος σμικρολογοῦμαι, legit, καθήμενος σμικρολογάδην. Digitum non verterim, utrum eligas, & vereor ne ego quoque σμικρολογοῦμαι, qui haec annotem.

Pag. 242. In Parasito, definitio artis habetur: τέχνη ἐστὶν σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶ ἐν τῷ βίῳ. Sic scribe partim ex edit. Florentina, partim ex Mſ. Interpretes verterunt: *Ars est quae constat ex perceptionibus consentientibus & coexercitatis ad finem vitae utilem.* Vbi est in Graeco *consentientes*. Dein quid Latinis sint *coexercitatae* nemo dixerit, Verte: *Ars est corpus perceptionum*, quae *exercitae sunt ad quendam utilem vitae finem.* sic contra ἀσυγγύμναστοι καταλήψεις sunt perceptiones. pag. 292. quae non exercentur, aut non fuerunt exercitae vide pag. 243. ubi hanc explicat definitionem.

Pag. 245. Τέλος χαλίσπερ ἔμμιναι. Sic se restituisse ait Bourdelotius. & sic Mſ. qui addit ἄλλο, τέλος χαλίσπερ ἄλλο, sed εἶναι retinendum esse constat ex Homeri Odyss. 1. *v.* 5. unde haec hausta sunt, unde etiam liquet in altero mox versu legendum πολύπους πειρίζαι, ut & extat in Florentina.

Pag. 248. Τῷ δ' ὄντι τῷ ἅπ μάγειρός ἐστι — ἅπ δὲ μάγειρος ὑπὲρ ἐν ἀπολογήσθαι ἀχθεσθείη, κὴ πάνυ ἴσως. *At vero parasito neque coquus est*, &c. *neque pecuniae quo quibus causam dicere gravetur.* Sic interpres: non bene equidem. Illi dicuntur ἀπολογεῖσθαι qui se defendunt contra impugnantem. Hic est ἄτοπον. lege ex Mſ. ὑπὲρ ἐν ἀπονυμίου ἀχθεσθείη. *neque pecunia, quae actiosa crucietur.*

Ibid. Ἀπήλθε κλαίων, ὥσπερ πᾶς ἀπὸ τῶ διδασκάλου. sic recte Mſ. vulgo ὁ διδασκάλων.

Pag. 249. Sine dubio quoque scribendum ὁ δ' παράσιτος δίδυς ἴσχε τῶν τροφῶν ἅμα τῷ ἄρξασθαι τῆς πέψεως. *At parasitus simul atque arteriorsus est, victum habet.* ἅμα τῷ ἄρξασθαι est σὺν τῷ ἄρξασθαι, vel σὺν τῇ ἀρχῇ. edit. male. ἅμα τῇ ἄρξασθαι.

Pag.

Pag. 257. Ἀλλὰ τί δὴ τοῦτο εἰκάζειν, ἔχοντας αὐτῶν παράδειγμα. Vnde pendet εἰκάζειν? ſcribe ex Mſ. ἀλλὰ τί δεῖ τοῦτο εἰκάζειν; ſed *quid opus eſt iſta comparare.*

Ibid. Dicit nullum Rhetorem aut Philoſophum belli tempore ſuſtinere in campum deſcendere, & extra muros prodire. εἰ δέ τις παρεδίδοτο, φημὶ τὸν λείποντα τὴν τάξιν ὑποφέρειν. *Quod ſi quis coactus id ſuſcepit, hunc deſerta acie abſceſſiſſe dico.* Sed quid ſuſcepit? *prodire in campum?* Sed vix Graecos ſic loqui exiſtimem. Mſ. belliſſime παρετάξατο. *Si quis vero in acie cogetur ſtare.* παρατάττεσθαι eſt *inſtrui in acie.*

Pag. 259. De Socrate, cum ex proelio in palaeſtram aufugiſſet, πολὺ γὰρ αὐτὸς ἀστειότερον ἐδόκει μετὰ τῶν μειρακυλλίων καθεζόμενος ἀναζώννυσθαι, καὶ σοφίσματα συμβάλλειν τοῖς συντυγχάνουσιν, ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ μάχεσθαι. quae ſic verterunt: *Ipſi multo urbanius videbatur, cum adoleſcentulis ſedendo ſe ſe ornare, & ſecum verſantibus captiunculas proponere, quam cum Spartano viro pugnare.* Verum quis unquam audivit Socratem ſe ornaſſe, aut pueros ornari in palaeſtra, ubi nudi corpus exercebant? Vide ſequentem dialogum de gymnaſiis ubi ſe non ornaſſe in iis, ſed pulvere commaculaſſe dicuntur. Adde ἀναζώννυσθαι non ſignificare *ſe ornare*, ut volunt interpretes. Omnia ſunt abſurdiſſima. Cogitabam olim pro ἀναζώννυσθαι legere παίζειν, *ludere cum pueris*, nam ſic & alibi locutus eſt. ſed poſtea in Mſ. deprehendi veram ſcripturam, in quo legitur ἀναζώννυσθαι, ſed ſcribendum ἀναζώννυσθαι, *garrire.* Eſt in hoc verbo aculeata figura, qua Socrati exprobat oblique παιδιολογίαν. Nam ἀναζώννυσθαι proprie dicitur de colloquio amatorio, Homerus Iliad. Z.

Αὐτὰρ ἔπειτα
Στρέψασ' οἶκον ἰοῦσα ἔδη ἣ ἀμφὶς ἔειπε γυναικί.
quando jam erat
Digreſſurus e loco ubi cum ſua colloquebatur uxore.

Et Iliad. χ.

Τῷ δ' ἀμφιζώννυτο πόρτις ἠϊθέῳ τε,
Παρθένῳ ἠϊθέῳ τ' ἀμφιζώννυτον ἀλλήλοισιν.
Cum hoc confabulari, ceu virgo adoleſcenſque.
Virgo & adoleſcens confabulantur inter ſe.

Hinc ἀμφιζώννυσθαι eſt blandus mulierum ſermo, quibus capiunt animos virorum. Idem Poëta de ceſtu Veneris:

Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ἀμφιγυήεις
Πάρφασις.
Ibi eſt quidem amor, ineſt deſiderium, inſunt blanditiae
Illicientes.

Recte enim antiquus interpres ἀμφιγυήεις πάρφασις, conjungunt, & Etymologicum magnum exponit ὁμιλία παρασκευαστική, colloquium quod praeparat, hoc eſt animum ad amandum & conſuefcendum incitat. Idem: ἄνδρες αἱ γυναῖκες, αἱ γαμεταί, οἱονεὶ ὁμαζυγοῦντες ἀλλήλοις, παρὰ τὸ ἁμοῦ ζεύγνυμι γάμῳ καὶ συνηρμόσθαι. ἐξαπάτη ἡ ἀμφιζώννυσθαι

ζειν λέγεται, τὸ τὰς ἄνδρας γυναιξὶν ὁμιλεῖν. vide sequentia. Significat Lucianus Socratem in palaestra non de virtute disputasse cum ephebis, sed colloquia habuisse plena amoris, ac blanditiarum.

Pag. 270. In Anacharside: σὺ δὲ πηλὸν ἔτι γε, ἀλλὰ ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι εἰς τὴν ὀρύγμαν ἐπαμύττητέ τε ἀλλήλοις, Sic Mſ. non ταφρεύεσι, ut editur. *Sed hi non in luto sed altam arenam in fossa subjicientes se invicem illa adspergunt.* Paullo post dicit ἐπιπάττεσθαι τῷ κόνει. Haphen intelligit. de qua Mart. VII, ep. 67. *Et flavescit haphe.* Sed de hac & aliis ad palaestram pertinentibus viri docti jampridem egerunt copiose, vide imprimis eruditissimum P. Fabrum in Agonistico II, 2, & 5, & 22.

Pag. 284. Οἱ δημόσια πᾶσι πύκτευσιν ἀναγινώσκειν μεγάλοις γράμμασιν ἅμα ἀναγεγραμμένοι. sc. νόμοι leges, *quae majusculis litteris scriptae omnibus publice legendae proponuntur.* Quid ἅμα hic sibi velit non video. In editione Florentina legitur: μεγάλοις γράμμασιν ἅμα γεγραμμένοι. In Mſ. vero μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοι, ut omnino scribendum est.

Pag. 289. Ὑπερφίλεσχ τάφον. Mirum hoc manifestum vitium, quod olim Marcilius animadvertit, tolerari, cum non tantum in Florentina editione & Mſ. sed & in interpretis libro recte legatur τάφρον.

Pag. 296. Recte Mſ. μηδ' ἀπαγρεύειν τὸν τραυμάτων, ἢ πεμάτων, ἢ δ' ἄλλῳ δυχερεῖ. *Ne vulnerati aut fessi, aut alia molestia affecti deficiant*; sic non male interpres, sed male vulgati sensum μὴ ἧ προαπαγρεύειν, Nam quis usus est τῷ προαπαγρεύειν, aut quid potest significare? Paullo ante ἀλλ' ὑπομένουσι μάχεσθαι τὸ ἐκάστου ἀπαγρεύειν. *usque ad extremam animi defectionem.* Et 297. μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγρεῦσαι ζῶντες.

Pag. 300. De luctu. Τὸ δὲ μέσον ἡ Ἀχερουσία λίμνη περίκειται. *Quodque est gravissimum praejacet Acherusia palus.* sic interpres. sed scribendum ut Mſ. πρόσκειται, *Acherusia palus adjacet.*

Male vertunt pag. 301. Ἐρινύες, ποιναί. *Furiae, poenae.* Cum sit, *Erinnyes, Furiae.*

Pag. 302. Ὁ μὲν δὴ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸν ἕστηκε. *Tantalus in ipsa palude stat.* Sic interpres. Cur omisit αὐτὸς? quia nullus ei hic erat locus. Quid enim esset *Tantalus in ipsa palude ipse stat.* legendum αὖος. Ὁ μὲν δὴ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖος ἕστηκε. *Tantalus in illa ipsa palude siccus stat*, quippe qui *mediis sitiebat in undis.* Hanc meam emendationem certissimam esse postea firmavit vetus codex.

Pag. 305. Οὐ διαφθείρει. *non pervertet concubitus*, sed rectius antiquis liber οὐ διαφθείρει. *non te depravabit, corrumpet concubitus*, non tuam valetudinem labefactabit. διαφθείρειν est *avertere, abducere.* διαφθείρειν *distorquere, corrumpere.*

Pag. 308. In Rhetorum praeceptore: ἐρωτᾷς ὦ μειράκιον ὅπως ἂν βέλτιστα χροιο καὶ τὸ συμφέρον τοῦτο καὶ πάνδημον ὄνομα σοφιστὴς αὐτὸς ἐμ-

μαν

ναι Νέξης. *Sciscitaris adolescens quo pacto Rhetor levadere, & venustissimum illud, vulgoque celebratum nomen sophista ipse censeri possis.* Sic interpres. Sed in Mſ. est πάνλυμον ὄνομα venerandum *illud & quod ab omnibus colitur nomen.*

Pag. 313. Εἶτά τι σε κελεύσῃ ζηλῶν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἴωλα καὶ ἀδιάλυμαλα καὶ ἀδιάθετα τὰ λόγων, ἃ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῶν παλαιᾶς ἐργασίας ἐστὶν Ἡγησίου, καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτητα, καὶ Νησιώτου. Vertunt: *Inde te priscos illos viros imitari jubebit, inutilia orationum proponens exempla, nec imitatu facilia, qualia vetustae sunt constructionis, Hegesii, Cratetis, Nesiotae.* Primum vertendum *Hegesiae.* Ἡγησίας enim Magnesius intelligitur ille orator qui ut Cicero de eo ait in Bruto de claris oratoribus, Charisii voluit similis esse, ac se ita putavit Atticum, ut viros illos prae se penes agrestes putaret. *At*, inquit Cic. *quid est tam fractum, tam imminutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile?* in Oratore dicit, eum Lysiam voluisse imitari, sed particulas incidisse, numeros infregisse, & concidisse, non minus sententiis peccasse, quam verbis, ut non possit quaerere, quem appellet ineptum, qui illum cognorit. Strabo XIV Geograph. tradit eum principem fuisse styli Asiatici, & corrupisse receptam consuetudinem Atticorum oratorum. Fragmentum ex ejus oratione laudat idem Strabo lib. IX: Ὁρῶ τὴν Ἀκρόπολιν, καὶ τὸ ἄδυτον τῆς Ἀθηνᾶς ἔχει τὸ σημεῖον. ὁρῶ τὴν ἐλαιοσύνα, καὶ τὰ ἱερὰ γάμησε μύσης. Ἐκεῖνο Λευκόθεον, τῆτο Θησεῖον. ἃ δύναμαι δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον. *Video arcem, & quod in illo est tridentis signum. Video Eleusinem, & sacrorum sum mystes. Ibi est Leocorium, hic Theseum. Non possum enarrare singula.* Dein legitur in Mſ. Καὶ τὰ ἀμφὶ Κελέτινα καὶ Νησιώτην, quod est verius. Fuit quidem Crates Trallianus Rhetor, cujus meminit inter decem hujus nominis claros viros Diogenes Laërtius, lib. IV. in Cratete, sed is fuit obscurus. Critias vero celebris fuit discipulus Socratis, corruptus a Thessalis, & unus ex triginta tyrannis. Cic. de claris Oratoribus, cum dixisset de Themistocle, Pericle, Cleone, *huic*, inquit, *aetati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes, quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidi scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.* vide Philostratum lib. I. de vitis Sophistarum in Critia. Per νησιώτην vero intelligit Gorgiam Leontinam ex Sicilia, quae κατ' ἐξοχὴν νῆσος dicitur, quia insularum maris mediterranei fuit maxima, is fuit Empedoclis discipulus, & principatum inter antiquissimos Sophistas tenuit. Vide Philostratum lib. I. de Sophistis, & Plutarchum in vitis Rhetorum.

Ibid. Πόνον δὲ καὶ ἀγρυπνίαν, καὶ ὑδροποσίαν, καὶ τὸ ἀλιπαρὲς, ἀναγκαῖα ταῦτα, καὶ ἀπαραίτητα φησί. Interpres: *Laborem autem, vigilias, aquae potum, & squalorem, haec omnia necessaria, & inevitabilia dicet.* Squalor non desideratur in studiosis eloquentiae. Mſ.

λιπαρὲς *assiduitatem*. quod reponendum. superius idem mendum ope codicis antiqui delevimus.

Pag. 315. Φαίη ἂν τοιγαροῦν πρὸς σὲ ὧδέ πως ἀπαπασάμενος ὀπόσον ἔτι λοιπὸν τῆ κόμης, καὶ ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν σαίνων. Vertunt: *Te igitur ita compellabit, reliquam adhuc tibi comam demulcens, & tenerum illud ac jucundum subridens.* Vbi est in Graeco *tibi*? Theod. Marcilius legit ἀποπασάμενος, *dimota nempe a fronte in tempora*, inquit. sed Mſ. legit ἐπαπασάμενος, hoc est capillos promittens pectendo scilicet & comendo, non discipuli, sed suos, ut pulchrior & comtior videretur, majoreque polleret auctoritate. Sic in Anthol. ἐπαπάλη γώνια dicitur, qui barbam comit & expandit. Discipulus non multum comae amiserat, sed magister erat calvaster, ideoque dicit ὀπόσον ἔτι λοιπὸν τῆ κόμης. Mox pro αὐτοῦδε Mſ. αὐτὸς δαίδα.

Pag. 316. Ἕπου μόνον ὦ Κλυτίε μίλημα οἷς ἂν ἕπω, καὶ ζήλω πάνυ. Interpres insulse: *solum o gloriolae studium ea, quae dico, sequere, ac omnia imitare.* Num κλυτὸς est *gloriola*? Verte O *Clytii deliciae*, qui curae cordique eris Clytio. Sic & φιλότης amor, pro homine quem amamus tenerrime. sic μέλημα cura, pro qui nobis curae est. Clytius est Rhetoris nomen.

Pag. 319. Τὸν ἀρραβῶνα ἢ ϖεπόμιον. Mſ. τὸν ἀρραβῶνα ἢ ϖεπόμιον. *pro arabo dicunt* πρόμιον. Πεπόμιον, ἐπιπόμιον, ϖεπόμιον, ϖεπόμημαι, est *mulcta*. sed ϖεπομία ἡ, & ϖεπόμιον τὸ est praerogativa, ut constat ex Suida, & Hesychio. Videtur tempore Luciani a male loquentibus acceptum esse pro ἀρραβῶν, quod tamen a politioribus improbabatur. Cum tamen πρὰ sit pretium, & ἐπιπρᾶν pretium intendere, ϖρίαμαι pluris aestimare, non repudiandam duco vulgatorum librorum scripturam, videntur enim tum temporis non emendate loquentes ϖεπόμιον dixisse, quod penditur pro re emta ante πρίω, ante justum pretium.

Pag. 323. Μητρὸς ἢ ἀκεστρίας ἐπ' ἀμφοδίου τινος. Vertitur: *Matre vero sartrice, in bivio quodam natus sum.* Haec *natus sum* inferciunt interpretes, ut sententiam conficiant. In Graecis, ut vides, non habentur. Dein ἄμφοδον & ἄμφοδα est δίοδος, *bivium*, non ἀμφοδίον. Sed moror. leg. ut Mſſ. ἀκεσρίας ἐπαφροδίτου τινος, *quae fuit sartrix hominis venusti.*

Pag. 328. De Coroebo in scholiis Mſſ. lepida legitur historia. Κόροιβόν τινα μωρὸς τις ἀπομνημονεύειν. ὥστε γυναῖκα ἀγαγόμενος μὴ ἀνελέσθαι συγκαθευδῆσαι τῆ ἀφ' ἧς τὸ πρῶτον πυθηνὸν αὐτῷ φοῦσαι, καὶ ὅπου ἐκείνου παρθενεύειν αὐτῷ μέχρις ἂν τὸ γυναικὸς ἡψαμένης τὸ ἄνθρακος ὀδύνη συνέσχεν. καὶ σὺν ἄλλως ἀπολυθῆναι, εἰ μὴ τὸ μοιχεῖον ὁ ἀνδρὸς καθαψηθεῖσαν, ὅπου τῶν κοινωνίαν ὁ γάμος γένεσθαι. Nulla est causa cur haec interpretemur. Apud Eustathium in Odyss. κ. p. 413. edit. Basil. eadem historia legitur, sed tribuitur Margitae.

Ibid. Rectius Mſ. τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἐκ τῆς γῆς Ἀττικῆς ἀναφῦναι, καθάπερ τὰ λάχανα. *primos illos homines ex Attica terra olerum in-*

instar prevenisse. Vulgo γῆς omittitur itaque vertit interpres *in Attica.* τῆς absorpserat γῆς.

Pag. 333. Ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὴν vertunt *circa forum plenum* Latine valde obscure. potius dicendum fuisset, *circa tempus fori pleni*, quo frequentissimum est forum, circa meridiem nostris mercatoribus omtrent de Beurstijdt.

Pag. 334. Γεφυρικά τινα. Non possum quin adscribam hic, quae in margine veteris Codicis hîc sunt adnotata γεφυρικὰ. εἶα εἰπὲ τὰ πλεστικὰ φέσι ἰκλιωσὶ ἃ πτέκλ⊙ ὑπομνηματίζῃ, οἷς ὁ πτοκόπ⊙ ἀπαφήγγατας πάνυ δεξιῶς καὶ γναίως.

Ad pag. 339. ubi mentio fit Polycleti, miror veterem Luciani Scholiasten Mſ. notare Polycletum fuisse pictorem, non statuarium, itaque se non intelligere, qui in statuariorum numerum referatur a Luciano, nisi forte sit alius Polycletus. Verba enim sunt. Γεφύρις ὁ πολύκλει⊙ ὥσπερ καὶ ὁ Εὐφράνωρ, καὶ πῶς ἀγαλματοποιὸς καὶ εἰσέγραπται, γωμφίζω ἢ μᾶλλ⊙ ἕτερος ἐστ⊙ ὁ πολύκλει⊙. Verum quis nescit Polycletum Sicyonium Angeladae discipulum, & ejus Canonem, & tot statuas, quas in coelum extulerunt veteres. vide Plin. xxxiv, c. 8. & de Canone sive norma Polycleti, Galenum de Hippocratis & Platonis decretis, & in primo de temperamentis. Euphranor & pictor & fictor fuit, uti ex eodem Plinio constat vide lib. xxxv, 11. Critiae quoque Plinius meminit.

Pag. 341. Scribe Ἀγανακτῶ δὲ μὴ κατ' καιρὸν ἐφ' ἱερῶν πλείων ἱσταθῇ indignatur *nisi stato tempore eximiis victimis pascatur.* Sic scribendus Mſ. volente hic locus & vertendus. Vulgo legitur ἀφ' ἱερῶν invito Graecae linguae genio. vertitur satis inepte: *nisi in tempore justorum sacrificiorum epulis excipiatur.* Ἱερὰ sunt victimae, hostiae & eorum exta, quae diis adolentur. Τέλεια ἱερὰ sunt eximiae hostiae, quod ἱερὰ ῥέξαι Homero est, hoc Thucydidi ἱερὰ θύειν, *sacra facere, victimas caedere.* apud quem etiam legitur ἱερὰ τέλεια. dicuntur & ἱερεῖα, hostiae, inde ἱερεῖα sunt quaevis animalia, quae mactantur. Polyb. lib. 2. ὕειοι ἱερεῖα caro *suilla*, Athen. lib. 1. προφὴ τ῀ νεογνῶν ἱερείων caro *tenerarum pecudum.* Sic & ἱερεύειν & θύειν non tantum est sacrificare, sed & mactare. sic & *sacrificare* apud Plinium lib. 28, 19.

Pag. 343. Ὁ δὲ πυρετὸς, οἷ⊙, καύσων⊙ σφυδρότερος. Benedictus: *Febris, o qualis! incendio certe vehementior.* Mſ. ὁ δὲ πυρετὸς, οἷος καῦσος σφοδρώτερος. Ἱερμότερος. *Febris, tanquam incendium vehementissimum, ardentior.*

Pag 349. Ad ista verba φιλάμενοι νεκρικῶς ἰδὼν μελανῆ, notat antiquus Scholiastes ineditus, veteres solitos cadavera nigrae vesti insuere. Ὅτι, inquit, τὰς νεκρὰς οἱ παλαιοὶ μελαίναις φολαῖς ἀμφιέννυσαν. & ad sequentia, μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς haec adjecit ὅτι καὶ τὰς ψυχὰς θνητὰς ἄεπο εἶναι, ὥσπερ καὶ τὰ σώματα.

Pag. 360. Μεμφίτης ἀνὴρ τ῀ ἱερῶν γραμματέων, γωμικός τινα σοφίαν. *Memphiticus vir, quidam ex sacris illis scribis, mirabili sa-*

ſapientia. ſic Benedictus. Meminit & alibi ſcribarum Aegyptiorum, in libello de ſacrificiis, ubi cum Prophetis eos conjungit, & Appul. Metam. 11. *Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant, pro foribus aſſiſtens, coetu paſtophororum, quod ſacroſancti collegii nomen eſt, velut in concionem vocato,* ut fuerint inter ſacerdotes Aegyptios, qui reconditam illorum ſapientiam docebant, aliiſque muneribus ſacris fungebantur. Sic & in libro de Macrobiis. p. 466. recenſet inter longaevos Aegyptios ἱερογραμματεῖς. Nec repudio lectionem editam. In Florentina tamen legitur ἱερογραμματῶν, ſed in Mſ. ἱερῶν γραμμάτων, quod non puto faſtidiendum eſſe, ut ſit τῶν ἱερῶν γραμμάτων σοφίαν θαυμάσιος. admirabili ſacrarum litterarum ſapientia praeditus. ſacras litteras vocabat illam myſticam Aegyptiorum ſapientiam, quae non niſi initiatis tradebatur, & circumſectis, magiam ſcilicet, & litteras Hieroglyphicas, de quibus tam multa apud Herodotum, Diodorum Siculum, Clementem Alexandrinum alioſque habentur.

Pag 352. Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν δακτύλιον ἔνα ἱερὸν ἔχω, Ἀπόλλωνος δὲ Πυθίου εἰκόνα ἐντετύπωσθαι τὸ σφρηγίδος, καὶ ὅτος ὁ Ἀπόλλων φθέγξεται πρὸς ἐμὲ, ὃ λέγω, μή σοι ἄπιστα δόξω πρὸς ἐμαυτὸν μεγαλαυχᾶσθαι. Benedictus: *At non dico me ſacrum annulum habere, cujus ſigillum exprimit Apollinis Pythii imaginem, nec mecum loqui Apollinem, ne videar ad gloriam meam res incredibiles narrare.* Pro ἄπιστα Mſ. ἀπιστοῦντα ſcribit. Sic autem interpretare hunc locum: *At non dico me ſacrum annulum habere, cujus ſignum Apollinis Pythii imaginem exprimat, qui Apollo mecum loquatur, ne tibi, qui haec non credis, videar de me ipſo elate loqui, ne tibi videar me oſtentare, & jactare.*

Pag. 365. Καὶ γὰρ τὸν διφθέρων ἐνέπω τὸν δὲ λέοντος. *ut qui leonis exuvio ſit indutus,* bene interpres. Nec rejicio hanc ſcripturam. nam & ſic alibi loquitur Lucianus. Non fruſtra tamen in antiquo codice Mſ. legitur ἐνεῖπω. Nam ſicut apud Homerum eſt ἕννυμι *indutus eſt,* ſic & ἐνεῖπω hic accepit, ſi haec ejus manus eſt, Lucianus. Nam Poëticis verbis ſaepe, ſed ſuo loco, uti hunc ſcriptorem nemini latet.

Pag. 371. In Electro, τὸ δὲ ἐμὸν ὡς τε ἔδη ἐποίον ἀπολελοιπὸν, καὶ ἄμυθον, οὐδὲ ἐς οὐδὲν κρόσις. *Mea vero dicendi ratio quam ſit ſimplex, & a fabulis aliena, videtis, neque ipſi inſit modulatio.* Haec eſt verſio Salmurienſis. Sed in Mſ. eſt ἄμουσος pro ἄμυθος, quod magis probo, & verto: *mea videtis oratio quam ſit ſimplex & inerudita,* ſic ſua ipſe per modeſtiam elevat, *& quam nihil in ipſa ſit canori.* Sic enim recte verti puto οὐδὲ. Vt Craſſus apud Cic. 111. de orat. de C. Carbone: *Proſlueus quiddam habuit Carbo, & canorum.* Et Gellius de eodem in Bruto de claris oratoribus: *L. Gellius qui ſe illi contubernalem, in conſulatu fuiſſe narrabat, canorum oratorem, & volubilem,* &c. *fuiſſe dicebat.* Vbi *volabilis* eſt, cui facile profluit oratio. Plutarchus de audi-

tione,

tione, sic circumscribit, τῷ φαύλῳ ἐμμελείας τοῖ κρᾶ μαλακότητα, καὶ θελκτήριον ἐφηδύνειν. *Vocem accuratis quibusdam sonis ac mollitie & modulationibus edulcare.* Μόνοι pertinent ad poëtas, non ad oratores. Quonium tamen Sophistae suis orationibus adspergebant fabulas, non contendam, si quis pro Vulgata stet acrius.

Pag. 386. Perinde quidem est sive legas, ut in editis habetur καὶ ἀνελίττειν ἀεὶ, sive, ut in Mſ. extat, καὶ ἀναυλίττειν ἀεί. Vtrumque enim significat *libros versas, evolvis*, utrumque verbum hunc apud scriptorem alibi quoque occurrit in hac notione. sed cum ἀναυλίττειν, quod hic codex vetustus prae se fert, sit verbum rarius, credibile est librarios pro eo substituisse notius & tritius. Proprie ἀναυλίττειν dicitur de voluminibus, quae evolvuntur. In sequentibus mox ineptissime vertitur, καὶ ἁλισκομένας καὶ θεσπίζεις, *coagmentas, spolias*, cum vertendum sit *conglutinas, circumcidis.* Chartae enim glutine jungebantur, deinde frontes librorum circumcidebantur, capiti vero voluminis adglutinabatur membrana purpurea, cui plerumque litteris aureis index libri inscribebatur, ut erudite docuit maximus vir Isaacus Vossius ad Catullum pag. 52. vide quae ibi notavit, quae maxime faciunt huic loco illustrando.

Pag. 399. De non temere credendo calumniae: ὅτι Πτολεμαῖος, ὡς ἂν κόρῃ καὶ τἆλλ' ὑ πάνυ φρενήρης τις ἂν. Salmurienſis: *Tum Ptolemaeus ut qui praeter cetera non esset admodum prudens.* In hac versione κόρῃ omittitur, inepte, etiam si φρενήρης *prudens* exponas, opponuntur κόρῃ & ὑ πάνυ, ineptius interponitur & fine sententia καὶ τἆλλα. Locus laborat cui suffragante Mſ. sic sanitatem reddes: ὡς ἂν κόρῃ ἀλλ' ὑ πάνυ φρενήρης τις ἄν. *qui quidem valde sed non in omnibus desipiebat.* Nam φρενήρης etiam est παράφρων, ut Suidas ostendit, frustra repugnante Stephano, quum & hic locus Suidae & Etymologici magis sententiam firmet. Nam si hic φρενήρης est prudens, quam quaeso sententiam ex Graecis verbis conficias. Quid enim est? *qui quidem summopere, & in aliis non omnino aut non valde prudens erat.* Sic neminem sanum loqui, nec sanus juret Orestes. Vides igitur recte locum inquinatissimum esse purgatum, & φρενήρης esse *imprudens.*

Pag. 400. Parum refert, utrum legas, quod editi prae se ferunt, ὅσα λίαν μεζόνων ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, *tantopere poenituisse eorum quae egerat*; an quod in Mſ. est, ὅσα λίαν αἰσχυνθῆναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, *tantopere puduisse factorum.* nec tamen codicis antiqui scripturam testatam feciſse lectoribus poenitet.

Pag. 425. Τραγικήν ἱλαρᾷ καὶ κωμικῇ σκευῇ μᾶλλα θέσπιν καὶ γάμους τραγῳδίαν. Salmurienſis interpolator: *plenam affectibus tragoediam in se commovet.* Quanto rectius & elegantius Philippus Melanchthon: *agitque laeta & comica facie tragoediam meram, & nihil non triste patientem.* Sed tamen θέσπις non est *triste patiens*, sed potius cum de homine loquuntur, est graviter commotus, & affectus. Περιπαθὴς ἐν τοῖς ὕψοις apud Athenaeum

lib.

lib. 1. Dipnosoph. est qui obsoniis valde movetur & delectatur, obsoniorum valde avidus. ἀφειπαθὴς τραγῳδία est tragoedia acerba in eum, de quo agitur. ὑποκινεῖν τραγῳδίαν, Graecis est insolens loquendi genus. Sed scribendum sine dubio & mora, ut olim conjeceram, & nunc in Mss. meam conjecturam veram esse deprehendi; ὑποκινοῦμαι τραγῳδίαν *tragoedian agendam.* ὑποκρίνειν est propriam histrionum fabulam agentium in scena, unde ὑποκριτὴς est histrio. In Pseudologista pag. 442. κἀκεῖνα μέμνησαι ὡς τὸ εἶκος, ἃ τότε τὸ ἥδιστον συνῃδεῖν, τοῖς ὀρχησταῖς ὑποκρινόμενον; καὶ συμπαγκρατιάζοντα ἀξιῶν εἶναι. Salmurienses: *Ea etiam meminerunt, ut est consentaneum, quae in theatro juvenis agebas, cum saltatoribus respondebas; atque una chori dux esse cupiebas.* Vltima verba non recte vertuntur. ὑποκρίνειν non est *respondere*, sed est hoc loco *secundas agere* seu *facere.* sic interpretandum, *cum histrionibus secundas faceret, & gregis dux esse cuperet.* Plautus Asin. II, 1. *Iam nunc secundas mihi facis.* Proprie autem *grex* de histrionibus. Petron.

Grex agit in scena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.

Grex Romanus in antiqua inscriptione de pantomimis. Ὀρχησταὶ autem dicebantur pantomimi, ut *cantores* histriones. Nondum tamen locus est ab omni mendo purgatus? Quid enim γέμουσα *plena tragoediâ.* Cujus rei erat plena. Excidit vocula. Credo Lucianum scripsisse γέμουσαν μίσους *plenam odii.* Et sic totum locum vertendum *agentem sub persona laeta & comica tragoediam valde asperam & plenam odii. aspera tragoedia* ut apud Sueton. in Augusto: *asperrimae litterae.* sed *sub persona* ut apud Mimum Syrum:

Heredis fletus sub persona risus est.

Clarissimus Vir Iacobus Tollius, conjecit legendum esse κρυπτὸν γέμουσαν. quod non improbo.

Pag. 436. In Pseudologista, ex Mss. ὁ πότε γελάσας σὺ ὀλυμπίᾳ σὺν ἐπὶ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ. *Is qui tunc in Olympia nisi super supposititio Pythagora.* Vulgati ὑπὸ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ sub *supposititio isto Pythagora*, inquiunt interpretes, quod quid sibi velit nemo dixerit.

Pag. 438. Εἰπὲ γάρ μοι πρὸς πανδήμου καὶ Γενετυλλίδος, καὶ κυβήνης. Benedictus: *Dic mihi per Pandemum, & Genetyllidem, & Cybiben.* absurde. Recte vidit Palmerius πάνδημον esse Veneris epitheton, nimirum est quae Lucretio dicitur *Vulgivaga Venus.* Hinc & in Mss. legitur πρὸς τὴν Πανδήμου, καὶ Γενετυλλίδων. sic sane & Aristoph. in Θεσμοφοριαζούσαις.

Ὡς ἡδὺ μέλος ὦ πότνια γενετυλλὶς
Καὶ ὑγρυφιῶδες, καὶ καταγλωττισμένον.

Quam suavis cantilena, o venerandae Genetyllides, & effoeminata & lasciva. Sed tamen Γενετυλὶς etiam legitur apud eundem in Nubibus:

Ἡ δὲ αὖ μύρα, κρόκα πρωκλωτισμάτων,
Δαπάνης, λαφυγμοῦ, κυλικάδος, γαστριμίδος sc. ὄζει.
Haec vero unguentum, crocum obscoena basia,
Et sumtus, & Crapulam, & Venerem, & Genetyllidem olet.

Dicuntur esse dii sive Deae praesides generationis. Vide antiquas scholia. Recte vero κυβήβη docti viri emendarunt. Non est Venus sed magna mater, Cybele, quae & Graecis & Latinis *Cybebe* dicitur. Nam & in inscriptionibus, & in antiquis membranis sic appellatur, ut apud Phaedrum in codice Remensi, ut olim mihi obtendit vir dignitate & doctrina praecellens Marquardus Gudius, qui Regi Daniae est a consiliis. Is etiam ubicunque *Cybele* legatur apud Poëtas secunda longa, aut *Cybelle* corrupte, libris antiquis auctoribus, rescribendum affirmat *Cybebe*, aut *Cubebe*, quod verissimum, & in Prudentio jam emendavit Nicolaus Heinsius. Illius autem hic meminit propter ejus amorem erga Attin, & quia lasciviissima fertur fuisse, ut ipse Lucianus in dialogis Deorum indicavit.

Pag. 440. Ὁ ἕβδομος, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, καὶ οὗτος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε. Interpres: *Rursus alius Hebdomas, quod perinde atque pueri septimis diebus, ille etiam in concionibus luderet.* Hae septimae dies non sunt sabbata, quorum Sueton. in Tib. meminit *Diogenes Grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat*, ut existimat vir magnus. sed septimos dies cujuscunque mensis, quos hebdomades lunae dixit Gellius xv, 2. Illi dies sacri erant Apollini, quia septima luna Thurgalionis natus erat, ut constat ex Hesiodo in ἔργοις καὶ ἡμέραις, v. 770. Vide ibi Proclum. Convivia tum agitabant, & pueri ludebant. Septimus quoque dies post recens natum infantem a patribus familias celebrabatur, quippe quo nomen ei imponebatur, quamvis hoc alii decima facerent. Vide Harpocrationem in ἑβδομευόμενον. Sed haec septima dies huc non pertinet, sed illa septima mensis. De qua vide viros doctissimos Meursium Graecia feriata in ἑβδόμη, & Seldenum de jure naturae & gentium III, 17.

Pag. 448. Ὁ πάππος Τίσιαν τὴν τέχνην οἶδα, ὡς τὸ Διτκόραχος ἔργον αὐτὸς ἐποίησας. Tisiae ars est Sophistice. Fuit enim Tisias inter primos Sophistas, quem Aristotel. περὶ ἐλέγχων σοφιστῶν cap. ult. cum dixisset omne omnis artis principium esse tenue ac difficile, sed illo reperto, facile postea crescere & augeri, quod & factum sit in orationibus politicis, Τισίας μὲν οὖν τοὺς πρώτους Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον. *Tisias quidem post primos* sc. *Sophistas, Thrasymachus autem post Tisiam, Theodorus autem post hunc.*

Pag. 467. Γ δροποιεῖν γὰρ φασι τὸ ἔθνος Mf. γένος ut paulo ante γένη ὅλα μεταβῆσαι. totae gentes. Sic apud Latinos *genus* frequenter pro populo. *Velox genus* apud Florum de Gallis, & alibi, quin & in-

interdum accipitur pro genere humano, ut docti viri ad Senecani Tragicum notarunt.

Pag. 469. Vti legendum censuerant viri doctissimi Ὀδρυσῶν βασιλεύς, sic legitur in Mſ. ut tam foeda menda diutius non sit tolleranda.

Pag. 482. De dipsadibus, caussam inextinguibilis sitis esse, quae ex morsu dipsadis oriatur, ait Lucianus ex sententia medicorum, παχὺν τὸν ἰὸν ὄντα, ἔπειτα δδιόμενον τῷ πότῳ ὑξυκίνητόν γίγνεσθαι, ὑγρότερον ὡς τὸ εἰκὸς κωδιόμενον, καὶ ἐπὶ πλεῖον διῃθούμενον. *Quod crassium cum sit venenum, quando postea potu madefecit, celeriter movetur, humidius, ut verosimile est, redditum, & latissime diffusum.* sic interpres, nec male. Sed pro ἔπειτα δδιόμενον, elegantius vetus codex, ἐπιδαψιλεύόμενον πότῳ, *abundanter potu irrigatum.* Nam ἐπιδαψιλεύω est largiter & copiose praebeo.

Pag. 485. Ἀλλά μοι δοκῶ, καὶ πρὸς Φειδίου μὴ δυσχεράναντα τὴν εἰκόνα θηριώδη ὄντα, ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν περὸς ὑμᾶς. Benedictus: *Ac mihi videor, per Phidiam, ne hanc imaginem ferinam iniquo animo feratis, eodem modo erga vos affici.* Quid hîc Phidias? Quis unquam per istum statuarium juravit? Mſ. optime & certissime ἐπὶ φιλίᾳ, per Deum amicitiae & amoris praesidem. Ostensurus magnitudinem sui erga eos studii per φίλιον Ζῆνα, cujus & alibi meminit, jurat, se illorum majore indies flagrare studio, quo saepius eos videat, eo saepius videre desideret. vide Suidam in φιλίῳ. At εἰκὼν θηριώδης est similitudo a feris sumpta.

Pag. 488. Palmerius conjecit legendum esse οὐκ ἀπρεπῶς πρὸς τὴν ποιητικὴν ἀπολογίας. sic editio Florentina: male in Mſ. & editis ἀσυλλογίας, ut recte doctissimus Palmerius vidit.

Pag. 494. In navigatione: Ὁ μὲν δὴ ἄλλος κόσμος αἰγκρυφαί, τὸ δὲ ἱστὸς παρῆσον πυρρυχές. Salmuriensis, *Cetera enim ornamenta, picturae, veli parasium flammeum.* Quid παρῆσον Graecis, Latinis *parasium* sit, quaerant quibus libet horas bonas perdere. Ego ex Florentina editione rescribendum censeo τὸ ἱστὸς καρχήσιον πυρρυχές. Nam καρχήσιον fuit summa pars mali, per quam funes traducuntur teste Servio. Paullo post in hoc ipso dialogo: καὶ τὸν λαμπρὸν ἀστέρα, Διοσκόρων τὸν ἕτερον, ἐπικαθίσαι τῷ καρχησίῳ. *Stellam quandam splendidam, Dioscurorum videlicet alterum, in carchesio consedisse.* vide Pollux. l. 9. Macrob. lib. 10. *Navalis mali partem inferiorem pternam vocari. At circa mediam ferme partem πάγκλον dici, summam vero partem carchesium nominari.* De τὸ πλέρωμα & καρχήσιον idem notavit Pollux, sed de carchesio addit, illud aliter etiam dici ἐλαφίτη, & θωράκιον. Fuerant autem carchesia picta & minio illita, ut flammei essent splendoris Apul. XI. Metam. *Malus insurgit, pinus rotunda, splendore sublimis, insignis, carchesio conspicua.* Sic edit. veteres. Sed recentiores: *splendore sublimis, insigni carchesio conspicua.* sed quid splendor

dor facit ad sublimitatem? Puto legendum: *splendore sublimi insignis, carchesio conspicua.* h. e: qui malus in sublimitate, seu in cacumine splendet, conspicuum carchesium ferens. Catullus:

Lucida qua splendent summi carchesia mali.

Pag. 592. Dicit Adimantus, se, si ex voto diteſcat, curaturum sibi ut in promtu sint salsamenta ex Hispania, vinum ex Italia, oleum ex Hispania, μέλι δ' ἡμίπυρον τὸ ἄπυρον, *mel vero nostras sine igne*, ut non male interpres, hoc est, mel Atticum quod sine fumo colligebatur in argenti metallis Atticis, ut auctor est Strabo lib. XI, qui id vocat ἀκήπνιστον, alii ἄκαπνον, & Plin. lib. XI, 15. *Cum eximuntur mella, apes abigi fumo utilissimum, ne irascantur, aut ipsae avide vorent.* &c. *Rursus nimio fumo inficiuntur, quarum injuriam celerrime sentiunt mella, vel minimo contactu roris acescentia. Et ob id inter genera servatur, quod acapnon dicitur.* Latini scriptores posteriores appellarunt *mel sine fumo*, ut docuit ὁ πάνυ Reinesius lib. III. Var. lect. 4. hoc vero nostro est μέλι ἄπυρον.

Pag. 592. Scribendum vel puer videat, etsi Mſ. sileret, εἰ τί τὸ ἀγαθὸν ἀπαιθραυόμενον ἐμπεσοῦσα εἰς τὸν πυρόν. *quid prodest in pyram insilientem conflagrare?* In vulgatis est contra τὸ χαμαιμετρικὸν, canones ἐρασικὸν.

Pag. 602. Καὶ οὐδὲν ἦν ὃ πάσχων ὑπὸ τῶν κρύους. Nemo non politior magis probabit editionis Florentinae scripturam: καὶ οὐδὲν ἦν ὃ οὐ πάσχων ὑπὸ τοῦ κρύους. *& nihil est, quod non concrevit gelu.* sed pro ἦν mallem ἐστί.

Pag. 615. Σὺν αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις βάκηλοι γενόμενοι. Non moverem huic scripturae controversiam, nisi pro κυμβάλοις scribendum moneret Mſ. τυμπάνοις. Nam quamvis & cymbalis usi fuerint Galli, tympana tamen propria erant Cybelae, & ejus sacerdotibus. Hinc & ipsa Dea & illius Prophetae semper cum tympanis conspiciuntur in antiquorum monumentis. Nota haec sunt omnia.

Pag. 624. Μὴ ὁ σῖτος φθειρίζοιη. Benedictus: *ne frumentum vermibus corrumpatur.* Nulla est vox apud Graecos φθειρίζω. sed est dispescenda, ut in Mſ. φθειρὲ ζίοιη, hoc est *verme scateat.* sed tamen puto legendum φθειρῶν ζίοιη, ut alibi dixit Lucianus σκωλήκων ζίουσι, *vermibus plenus.* quamvis & φθειρὲ possit ferri.

Pag 631. Ἐσυδαίσαντες κρεῶν. Syntaxis quartum casum postulat. Rectius itaque Mſ. ἐσυδαίσαντα κρεῶν, ὃς ἂν μὴ ᾖ τὸ συνδαισαντα αὐτὸν κινδυνεῦσαι π. *eodem cibo illum excipientes, ut convictor nihil possit accusare.*

Pag. 643. Καὶ τὸ ξιφίδιον ἐπιρρίψας τὸ χρῶτα ἀφ' ἧς φυλακῆς εἰς τὸν ὑπαίθριον τοῦ αὐλῆς. *gladium autem extemplo per fenestras in aream projecisse.* ἐπιρρίπτειν hic non potest locum habere. legendum ἀποῤῥίψας, quod & Mſ. prae se fert.

Ibid. Ἐπικαλεῖσθαι τοὺς γείτονας, ὑφ' ὧν ἀναστάντων τὸ θηρίον, συλλῆψαι αὐτόν. Benedicti interpretatio haec est: *vicinos advocasse, a*

quibus revulsa fera fuit servatus. Quid Graecis sit ἀνασπᾶν τὸ θηρίον & Latinis *refellere feram*, nec ego, nec quisquam norit, dixeritve. ne dicam ἀναστᾶν nusquam esse refellere. Notat quidem Bourdelotius ad hunc locum, ut apud Petronium, *tanquam cupientis exire belluae*, loquitur de Poëta Eumolpo, ut hic de tibicine. Sed haec sunt ἀνεπιδόκητα, & ad Lucianum illustrandum nihil plane faciunt. In Mſ. nihil est praesidii, in quo legitur quoque θηρίον, sed veram lectionem servavit nobis editio Florentina, in qua verissime legitur ἀναστάντων τὸ θηρίον, revulsis, effractis foribus, quas tibicen ille insanus occluserat, ut paullo ante Lucianus ostendit: τὸν δὲ παῖδα ἀναστάντα ἐπιπλῆξαί τι τῶν ὑμῶν. *At illum statim surrexisse, & fores claussisse.* Hae fuerant a vicinis effringendae, ut posset Dionicus ex illius furiosi manibus & aedibus elabi.

Pag. 645. Ἡδὺς γάρ ἐστι τῷ μειρακίῳ, καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ σύνεσι. Benedictus vertit: *Iucundus enim est adolescenti, & cum ipso ad gratiam versatur.* inepte. verte *ad obsequium.* Sic enim Latinis dicitur per εὐφημισμὸν illud obsequium turpe, quo quis corporis sui copiam facit alii, ut Graecis χάρις. Plutarchus in Erotico: χάριν γὰρ, ὦ Πρωτογένης, ἡ ἀρχαία τοῖς ἄρρεσι πρὸς τὰ κάλλιστα κέκληται. *Mi Protogenes, χάριν ab antiquis dicitur mulieris obsequium erga virum.* Sic & χαρίζεσθαί τινι est *consuescere cum aliquo.* Hesych. χαρίσασθαι· συγγενέσθαι. λέγονται δὲ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι αἱ τῷ συνουσίαν ἑαυτὰς ἀνδράσι. χαρίσασθαι est *dare. Dicuntur enim mulieres χαρίζεσθαι quae ad concubitum sui copiam faciunt.* Hinc puella ἄχαρις, cujus flos virginitatis nondum est delibatus.

Pag. 658. De Dea Syria κεφαλὴ ἐμέσαι ἔπος. Id ipsum quoque docet Cyrillus lib. II. tom. II. in Esaiam, & Procopius in eundem Prophetam ad cap. 18, quippe cujus rei meminit Propheta in initio dicti capitis qui quod Lucianus vocat caput papyraceum, ajunt ollam fuisse papyraceam, cui Alexandrini injecerint epistolam scriptam ad mulieres Byblinas, qua significetur inventum esse Adonidem. Deinde obsignatam eam immisisse in mare quibusdam sacris ritibus adhibitis, &, affirmare illos qui mittant, istam ollam sponte deferri per mare Byblum, & finem luctus indicere mulieribus Byblii. Has vero esse mulieres quas dicat Ezechiel VIII, 15. lugere *Thammuz* qui sit Adonis, uti observavit eruditissimus Seldenus de Diis Syris lib. II. cap. undecimo. vide & Bochardi Phaleg. IV, 2. tom. I.

Pag. 661. Χάσμα μέγα ἐγένετο. Similis narratio de tali voragine in templo Iovis Olympii Athenis, ut vulgo credebatur, a Deucalione extructo, in quam omnem diluvii aquam defluxisse narrabant, & in quam quotannis placentam e melle & farina projectam fuisse est apud Pausaniam in Atticis, & ex illo Octavius Falconerius, vir, doctrina & dignitate conspicuus, mihique natalibus, cum in vivis esset, peramicus, in nummi Apamensis explicatione, ubi plura de hoc diluvio habet, idque Noachicum fuisse ostendit, cui adstipulor, etsi de explicatione illius nummi aliter sentiam, de quo alias plura.

Pag.

Pag. 662. Ἄττις ὁ γνῶσ. λόγ. Vulgatius *Attis* dicitur Lucisno quoque in aliis locis. Hesychius notat Ἄττις a Lacedaemoniis vocari Ἄττης, ὃ Κύπριοι φασὶ Λάκωνες. Pausaniae in Achaicis etiam Ἄττης dicitur.

Pag. 663. Ἡ Συρίη θεὸς γυνὴ] Haec culta fuit in urbe Phaenices Ioppe, alia ab Dea Syria, quae numen fuit Hierapolitanorum, mulieris formam prae se ferens, nihil piscis habens. vide magnum Salmasium in Plinianis exercitationibus.

Ibid. Καὶ ἐλεφάντων κέρασ.] *Et elephantum cornua.* Vulgo *elephantum dentes* dicuntur, nimirum ebur. Id vero cornu esse non dentem contendit Pausanias in Eliacorum primo, & Aelian. IV. Hist. anim. 31. & XIV, 5. sic & in sacris litteris Apoc. XVIII, 12. cornu tribuitur elephanti, & Martialis lib. I. ep. 19, de elephante taurum interficiente:

Qui modo per totam flammis stimulatus, arenam
Sustulerat raptas taurus in astra pilas.
Occubuit tandem cornu potiore petitus
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

Sic istud epigramma legendum, vulgo sine sensu legitur, *cornuto ardore petitus.* Mss. *cornuto dore*, hinc facile videre licet scribendum esse *cornu potiore* hoc est fortiore, meliore cornu sc. elephantis, quam est cornu bovis.

Pag. 682. φυλάξαντες ἑπτὰ ἡμερῶν ἀριθμόν. *Observato septem dierum numero.* Mss. *ἑπτὰ ἡμερῶν ἀριθμὸν. novem dierum numero.*

Pag. 686. Τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ τοῦ Πτολεμαίου νεών. *Hunc in templo Ptolemaei ad dextram collocatum esse.* Mss. *τοῦτον Πτολεμαίου νεών.* lego. Τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πτολεμαίου νεών, ut & legisse videntur interpretes. Ptolemaeus autem Philopator Homero templum dedicavit ut auctor est Aelianus Var. Hist. XIII, 22.

Ibid. Καὶ πάντων τὸ τοῦ Ὁμήρου νικητήριον. Vertitur: *cui idem accidit ac illi, qui dolicho victoriam est adeptus.* Cur non? *cui idem accidit ac illi, qui in stadio vicit.* Sic enim Latini loquuntur, qui ignorant vocem *dolichum.* Sic & statim καὶ σὺ δή μοι δικαίως νενικηκὼς τὸ δόλιχοι τοῦ Ὁμήρου, inepte vertitur, *& tu certe mihi videris verborum dolicho devicto*, cum sit vertendum *& tu mihi videris in carminum stadio viciſſe.*

Pag. 691. Μόνον γέ τοι τὸ ῥητόριον, ὡς ἀληθῶς ἐπλημμύρησε πᾶσι, καὶ ἐμψυχον, καὶ σφυρήλατον πάρεσχε τὸν λόγον. Benedictus: *At utique solus oratorum, ut Leosthenes dicere non dubitavit, animatam, non malleo fabricatam orationem protulit.* Quae sit *malleo fabricata oratio* doceant fabrorum filii: nobis, qui Musis operamur, ignota est utique. Σφυρήλατος λόγος laudatur non vituperatur. Plutarchus de oraculis Pythiae: ὥστε τοῦτο μὲ τὸ ἀσυγχρώμενον τῷ σοφῷ, τὸ γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ, μηδὲν ἄγαν ἀπόβλητος, καὶ τὸ μισέω ἃ ἐγὼ φιλῶ βραχυλογίαν, ὡς τυκτὸν καὶ σφυρήλατον τὸν τοῦ ὀλίγου θεσπίσματος ὄγκον, & quae sequuntur. *Sicuti praecepta sapientum*

quae proscribuntur, nosce te ipsum, & illud, ne quid nimis, probamus & admiramur valde ob brevitatem, quòd sapientem & solidam complectantur sententiam in paucis verbis, sive sine verborum tumore. Legendum itaque in Luciano, ut est in Mf. ἔμψυχον καὶ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον. *Vivam & solidam orationem edidit.* Vtraque vox qua laudat orationem Demosthenis est translata a statuariorum arte. Signa enim vivere dicuntur & spirare, cum singulari artificis ingenio sic ficta sunt, ut videantur non statuae esse, sed viva animantia. Claudianus IV. Consul. Honorii, quamvis ibi loquatur de vestibus acu pictis:

Vivit opus, multaque ornatur jaspide cultus,
Et variis spirat Nereia bacca figuris.

Σφυρήλατα, quae & dicuntur ὁλόσφυρα & ὁλοσφύρατα, sunt solida, compacta, plena, non conflata. Plin. Hist. Nat. XXXIII, c. 4. *Aurea statua primo omnium nulla inanitate, & antequam ex aere aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyratam, in templo Anaitidis posita dicitur.* Est igitur σφυρήλατος oratio, solida, plena gravissimis sententiis, in qua nullus est inanis verborum strepitus: cui opponitur *oratorum inanis sententiis verborum volubilitas*, uti vocatur ab Augusto.

Pag. 693. Γένοιτο γὰρ σοι ἡ ὁ Περικλέης. ἐκείνου μὲν γὰρ τὰς αὐτὰς ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καὶ πειθῶ, πλέκτρον δεξιᾶς ἀθηναῖοι, ἀλλ' αὐτὸν γε οὐχ ὁρῶμεν, δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν ὀδὸν ἴλιγγον ἔχοντες, ἀλλ' οἷαν ἐξαρκέσαι πρὸς τὴν ἐκείνου βάσανον καὶ κρίσιν. In hoc loco nihil sani si attendas animum. Vertit Benedictus: *Hic satis erit eum cum Pericle conferre. Illius quidem fulgura, tonitrua, & suadelae quoddam calcar accepimus fama, sed orationem ipsam non videmus. Vnde constat ejus nihil praeter opinionem stetisse, nec temporis probationem & judicium sustinere potuisse.* Quam multa hic sunt in Latinis infarta, ut sententia nascatur, quae in Graecis non habentur! quam multa male sunt versa! Primum ἡ Περικλέης, num est Pericles? Ἀπὸ κοινοῦ ex praecedentibus repetendum est ῥηθέντα. *Sufficiet tibi Periclis* sc. eloquentia, si conferatur cum Demosthenis. Dein, πειθῶς κέντρον non recte vertitur *calcar eloquentiae*, sed *aculeus*, quem infigebat animis auditorum ut recte Melanchthon. Mox, ἀλλ' αὐτὸν γε οὐχ ὁρῶμεν, *sed ipsum non videmus?* quem nam? Periclem? non mirum ante tot secula placida compostum quiete: sed nec de Pericle locutus erat; sed de τῇδε Περικλέους, de eloquentia Periclis; Itaque recte Mf. & editio Florentina nec non Basileensis: ἀλλ' αὐτὸν γε οὐχ ὁρῶμεν. *ipsam non videmus*, sc. eloquentiam. Nulla enim oratio ejus posteris est prodita. Verba quae sequuntur, obscurius vertuntur: δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν ὀδὸν ἴλιγγον ἔχοντες. Salmurienses: *Vnde constat ejus nihil praeter opinionem stetisse.* Pejus Melanchthon: *Quare constat eas praeter actionem, nullam habuisse solidam ac durabilem laudem*, sc. orationes. Et sic Latinus quoque Interpres videtur legisse.

giſſe. Num φαντασία eſt *actio*, quod Melanchthoni placuit? Pro ἔχοντες Mſ. ὡς ἐπὶ τῷ φαντασίαν ἀρὶν ἔμμονον ἔχουσαν, ἀλλ' οἵαν ἐξαρκίσαι. *quae praeter imaginationem nihil quod duret habet, quippe quae non potuit ſuſtinere temporis examen & judicium, quam vis* ἔχοντες ferri aeque poſſit, ac ἔχουσαν, hoc eſt, ex qua Periclis eloquentia nihil ad poſteros eſt tranſmiſſum, nihilque ſupereſt quam illa imaginatio, illa ſpecies, quam animo informamus, ac concipimus, de ejus fulguribus & tonitribus quibus miſcuiſſe Graeciam audimus, non legimus, non videmus, ut in Demoſthene: φαντασία, hic non eſt illa Oratorum, ὅταν ἃ λέγεις ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθῇς τοῖς ἀκούουσιν. *Cum ſcilicet ea quae dicis, quaſi enthuſiaſmo & vehementiore motu correptus videris cernere, eademque auditoribus ob oculos ponere.* ut eam definit Longinus de ſublimi dicendi genere. cap. 14: ſed illa qua rem auditam cogitatione informamus, οἵαν autem non pertinet ad φαντασίαν, ſed ad ῥητορικὴν.

Pag. 695. Πάσασι τῇ ζωγραφίᾳ. Veriſſime ingenioſiſſimus & amiciſſimus Menagius emendat πᾶσιν. Ejus emendationem, ne quid dubii ſuperſit, firmat Mſ. & editio Florentina.

Pag. 697. Οὐ Βοιωτίας, ἀλλ' ἐνθάδε τι παρ' ἡμῖν λαβόντες. Haec verba in Salmurienſi verſione ſic prioribus annectuntur, ac ſi Archiae eſſent, cum ſint Antipatri, quod recte vidit Philippus Melanchthon. Sed animanda ſunt interrogationis nota. *Non in Boeotia, non hic a me auro accepto?* eum ſcilicet potuiſtis capere vivum.

Pag. 698. Οὐ φωνῆς καὶ πύλον ἔχομεν. ſic quidem etiam Mſ. ſed Palmerius vidit ſcribendum eſſe πύλας, veriſſime. Sic clare Florentina, ut nihil dubii inpoſterum ſit relictum editoribus ad veram lectionem reſtituendam.

Pag. 727. Ποτὲ δ' ἄλλό τι τοιοῦτο ὑμᾶς ἀφέρειν φαίνεται. *Interdum aliud quidpiam hujuſmodi vos auferre videtur.* Mſ. non male ἀφέρειν δύναται. *vos auferre poteſt.* Sed illud etiam tolerari poteſt.

ADDENDA.

Pag. 379. ad indoctum. Εἰ μὴ τῷ διαλεχθῆναι ἐ κατακεκόφθαι αὐτὰ τυμβίοιο, ἐ συμβέβλησε ἔοὐ σίας ὅτι τῶν ἐξέπεσον παρὰ μικρὰ μέσσης; Benedictus: *Niſi inde conjicias quod arroſi ſint ac mutili: tineaſque his dijudicandis in conſilium adhibeas?* Miror hoc vitii tolerari in omnibus editionibus. Atqui σῆς non ſunt tineae, ſed σῆτες. Nam quod non nulli ajunt σῆς quoque inveniri, falſum in caſibus obliquis, falluntur, & videntur hoc loco corrupto eſſe decepti. Gloſſae veteres: Σὴς, ὁ σῆψ, *haec tinea, robigo.*

Pag. 380. Κατὰ δὴ ταῦτα, ἴσχε ξυλλαβὼν ἐκεῖνα τὰ τῆ Δημοσθένης, ὅσα τῇ χειρὶ τῇ αὐτῆ ὁ ῥήτωρ ἐγράψατο. Vertunt: *ſi hoc es animo, age conquire quaecunque Demoſthenes orator propria manu ſcripſit.* Num κ' δὴ ταῦτα eſt Graecis *ſi hoc es animo?* Videtur ſcribendum: καὶ δὴ ταῦτα ἴσχε, *Habe ſane iſta, conquiſitis quaecunque Demoſthenes propria manu ſcripſit.*

Pag. 380. l. 33. leg. ἐν οἷς διδυμαιῶνος. Ibid. l. 35. hoc eſt, qui vivi.

IACOBI GRONOVII

Notæ ad

LVCIANI

Tomum II.

Pag. 11. Γραφικῶς συμπλεκθὲν &c.] Officio interpretum obscurissimus est hic locus, si quisquam in toto Luciano. Nam præterquam quod ille graphicus mos, quem ex Opsopæo adoptat Benedictus, in Latino sermone sit nullus, vide quemadmodum hæc periodus contraria sit proxime sequenti. Quum enim nunc velint dici perexile esse tot formas & multiforme quiddam ex multis perficere (quod est una pictura diversum quiddam depingere) atque adeo id culpetur, in proxima intelligunt eum velle depingere omnium animæ virtutum unam imaginem & quidem ad archetypum, etiam, ut debet inde sequi, unum. At prorsus est adversa loquentis mens: qui quum præmisisset *ἐπιδεῖξαι δὲ μίαν εἰκόνα ἐκ πολλῶν συμπλέκοντα*, pro defensione hujus suæ voluntatis interponit (*minus enim illud & ex vulgata pingendi consuetudine confectum foret, tot pulchritudines*, variarum nempe partium, *& multiforme quiddam ex multis perficere ipsum secum certans*, vel cujus multiformis imaginis singulæ partes ex præstantissimo sumptæ & simulatæ, de præstantia & imitationis perfectione dubium judicium facerent) pergit, quid facere velit, *sed omnes virtutes animæ, singulatim quæque imago*, (h. e. sic facta, ut integram picturam unaquæque virtus habeat.) *pingetur imitationem archetypi exprimens.* In proponendis animæ dotibus repudiat id quod pictor ille in corpore faciebat, qui ut Divam pulcherrimam exprimeret, ab hac puella sumebat exemplum hujus membri vel coloris; ab alia alterius, & sic varias pulchritudines in unam tabulam conferebat. Id in depingendis bonis animæ negat hic se sequuturum, & sic quoque illa omnia conjuncturum in una pictura, sed a singulis separatam singularemque imaginem effecturum. *Καθ' ἑκάστην εἰκὼν μία* non debent per minorem distinctionem distrahi, sed conjungi omnes quatuor voces, sejunctæ ab præcedentibus & sequentibus, quæ apponuntur, ut in tomo primo pag. 530. dixit *ξύμπαντες, ἐν τῇ μιᾷ ἰκόνι*. Vbi vide nostra.

Pag. 27. *Τὸν Γρύπα ἐξόπισθεν διδρύσαι Ἥφαιστος*] Hanc lectionem retinent omnes; etiam Latinis interpretibus offerentibus nescio quem *Iphnea*. Et cui iste talis auditus? manifeste apparet transpositas literas pro *Φρύα*, ut optime adscripsit pater. Is notissimus in fa-

fabulari historia & quidem propter oculos, qui fuerunt excœcati.

Pag. 32. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς ζῶσας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν] Etiam in hac editione video admissum ineptissimum in versione errorem, quem ab prioribus acceperunt, *iis quæ in vita sunt*, quum & res ipsa & Græca postulent masculinum.

Pag. 41. Καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐξελήσειέ τις] Erasmus: *etiamsi quis admodum leviter concupivisset*. Benedictus: *etiamsi vel minimum concupivisset*. Non agitur de levi aut minima cupiditate; agitur de pretio, quo quis noctem ejus redimeret. Itaque verte, *etiamsi vel exiguo quis vellet*, etiamsi tenuem aliquis mercedem modo dignaretur solvere. Innuit ipsam non minus oblectatam Venere, quam adolescentes, ut ideo vix aliquem repelleret, qui modo parvum quid vellet impendere.

Pag. 42. Διάθερμον ἤδη πρὸς αὐτὴν] Ridicule interpres uterque *jamque amore illaqueatum*, quasi nunc θερμὸς in mentem fuerit Luciano. Verte *madefactum ac mersum amore*. Et quæso cur nunc aliter considerant, quam in Bis accusato. ἐκ γὰρ πλέον ἢν Διθέρμου τῇ μίξει.

Pag. 43. Τὴν αὐλείου κλῆδα] Hic quoque, ut alibi, absurde vertunt *atrium occludi*, quum in dialogo Cochlidis & Parthenidis recte vertant ista κλῄσας ἐκάθευδε καὶ βοὴ καὶ ἡ αὐλιὼν ἠρέσατο, *domusque janua exterior effringitur*: sicut pessime de gymnasiis pag. 270. ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆ αὐλῆς reddidit Benedictus *in atrio*, quum Opsopæus accuratior *in aula area*. Sequente pagina vides minime verti Græca in illis ἔωλον ἦ οἱ ῥαβδοῦχοι παρῆσαν, *ut autem diluxit, milites aderant*, quod factum ab interpretibus, quia incredibile videbatur ῥαβδοῦχοις officio lictorum functos, quum intelligendi sint prætores haud dubie accincti satellitibus & lictoribus. Stupidior ἀβλεψία est interpretis Salmurienſis in pagina vicina ναύκλερος ὁ μισθωτὴς scribentis *Chalcidensis nauclerus*, quod omnino in hac editione mutari debuit.

Pag. 45. Καὶ μετ' αὐτῆ Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα. καὶ τοῦτον ἐπαίνεσον αὐτῆ] Videntur mihi enervare hunc loquendi modum, dum sic distinguunt, & vertunt, *& cum ipso Damon Chalcidensis, ejus amicus*. In his certe nulla significatio vocum καὶ τοῦτον, Distinguo & verto, καὶ μετ' αὐτῆ Δάμωνα, τὸν Χαλκιδέα καὶ τοῦτον, ἐπαίνεσον αὐτῆ, *& in eis Damonem, hunc quoque Chalcidensem*, (æque ut Euthydicus) *amicum ejus*. Sic solent, quum duo in eodem conveniunt.

Pag. 48. Ἀπὸ πολλῶν πόνων, οὐ σῶς] Toto genere confusus & absurdus in his est interpres posterior. Ita enim videseum vertisse, ut dicat filiam datis quinque talentis quæ habebat elocavisse. Quæ talia plane non sunt in Græcis; & si dedisset in hanc rem talenta quinque, profusus fuisset, non diligens in distribuendis hæreditariis bonis; ex quibus sic nihil reliquum supermansisset. Longe accuratior Erasmus: *& matrem alit Eudamida, & filiam non ita pridem elocavit, ex quinque talentis, qua possidebat, duobus in propria filia dotem, duobus in amici filiam erogatis*. Atque ita super-

erat talentum unum in alimenta matris Eudamidæ, ſapientiſſima ratione.

Pag. 49. Ταῦτα πρὸς τὸ Ζηνόθεμιν διαπυθεῖσθαι] Verterat optime Eraſmus per verbum *deploraret*. Id Salmurii futiliter degeneravit in *declararet*, ac perperam in hac editione retentum. Cavebunt ſpero poſteri.

Pag. 51. Ἀναπλεύσας ἔτι τὸν Νεῖλον ἔκτον ἤδη μῆνα] Adſumpſit ab Eraſmo Benedictus *ſextum jam menſem adverſo Nilo navigabat*. Quod quis unus homo fecit unquam? aut ſi quis feciſſet, quî non oportuiſſet fieri, ut ab illo detegerentur fontes Nili? ſed fieri id non poterat, & Nilus non niſi ad Elephantinen erat bene navigabilis. Sed neque id dicere vult Lucianus; ſed illum ſex menſes in iſta peregrinatione conſumpſiſſe, non utique ſemper navigando per adverſum Nilum, ſed per Nilum: verſus interiora ac mediterranea cœperat navigare in Nili alveo abhinc jam ſextum menſem. Κατὰ non magis de adverſo, quam de ſecundo amne ſumi docet vel ipſe Lucianus in Iove Tragœdo ſcribens, τὰ δ' ἄλλα κατὰ μὲν φύσιν πλεῖ, & πλεῖ μὲν ἤδη κατὰ μὲν πρωρεῖ τῷ Δάμιδι.

Pag. 60. Διηρμένοι τὰς ἀκωνίας] Iamdudum notatus & agnitus hic locus viris doctis, a quibus moniti interpretes non debuerunt perſeverare in mala interpretatione *denſatis telis*, quod potuit quidem fieri, ſed non ſunt ad ſenſum Græcorum exprimendum. Debuerunt *ſublatis*, quum manibus levaſſent haſtas velut transfixuri, quod fieri ſic ſolet. Vtique pag. 70. Ὑλακτεῖ δὲ τὸ πολεμίαν, κατὰ τὰς διηρμένας non interpretantur *denſato*, ſed *ſublato gladio*. Eadem pagina non intelligo cur voces eas κατὰ τὸν Ζιρὶν ἔκνισα iidem reddant *idque quum temet dederis*; quum qui ſic venit, & pronunciat Zirin, paulo ante dixerit venire quaſi ſoluturum λύτρα, non ob ſe dedendum.

Pag. 71. Ἡμεῖς δὲ ὧν καταγωγήν τινα ἐπὶ τὸ λιμένι σκευάμενοι, καὶ ἐς πόλιν ἐς αὐτὴν μεταπεμψάμενοι ὠνησάμεθα] Ad hæc ita notavit Pater. Vertunt jam ab Eraſmo *res quaſdam importatas in portu ſpectaſſemus, in eumque è navi ſubduxiſſemus, emimus*. Immo καταγωγὴ, κατάλυμα, πανδοκεῖον, οἴκημα, quod ſibi viderunt, conduxerunt, compararunt & eo ſarcinas depoſuerunt ipſi ὠνησάμενοι, hoc eſt, in forum urbis profecti. Heſych. ὠνησάμενοι, εὐπορήσαντες ἀργυρίου. Ariſtophanes Ἀνασῳζούσῃ pag. 860. Lugd. edit. Ἀνησάμενος τ' ἐκ τῆς ὁπλοις ἐξῆς Ἀθηναίοισιν. Thucydides lib. VI. pag. 214. Καὶ δεηλήσιος ὠνησάμενοι ἐς τὴν πόλιν, ubi Scholiaſtes perinde ut Heſychius interpretatur. Herodotus Melpomene cap. 78. Ἔχων δὲ ἀν πώτηλον Græcam veſtem, ὠνησάμενος. Et cap. 164. καὶ μὲν Βαρκαίοι τε ἄνδρες καταμηδόμενοι ὠνησάμενοι, κλαίουσι. Euterpe cap. 35. Ἐν τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ὠνησάμεναι κατὰ καπηλεύουσι, etſi hic vertant *negotiantur*.

Pag. 78. Ἡ Πάλαιστρα ἄγει με κατὰ δίκτυσί μου κάλλιστον οἰκημάτιον] Interpretes omnes *eſſenſaque domo pulcherrima*. Immo, ut commo-

modiſſime notavit pater, κοιτῶνα, ut præceſſit, cubiculum & locum dormiendi. Sic δωμάτιον pro cubiculo etiam. Vide Caſaubonum ad Theophraſt. pag. 263. Et occurrit aliquoties infra. Sed notabiliter pag. 112. οἱ μὲ θεράποντες, αὐτὸ τὸ πλησίον τῆς δωματίου σκάφιδιον, ubi inepte vertunt *in propinquo veſtibulo.*

Pag. 79. Ἐγὼ Ἀβρέα εἰμι, εἴ πνα τῆς σῆς μητρὸς φίλη ἀκήκοεις] Intelligunt, *ego Abræa ſum, amica ſi qua unquam fuit tuæ matris*, quum non videantur eam adeo arcta conjunctione vinciré voces Græcæ, quæ ſimpliciter ſonant, *ego Abræa ſum, ſi quam matris tuæ amicam* forſan *audis* vel audiſti eo nomine, ut poëta, *Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures Belidæ nomen Palamedis.*

Pag. 80. Ἡ δὲ, ὀσφῦς ἡμῖν ὑγρᾶς ἐπικινεῖται. μακρὸν ὅσον σὺ τῶν ἐπεδάψαο. ἡ δ' σφόδρα γε &c.] Vertunt, *Tum illa, lumbi mei agiliter moventur.... Illa impudens & vultu grata puella, Fugeris, inquit, adoleſcens.* At non poteſt ab Luciano veniſſe hic ordo narrandi, ut illud ἡ δ' duas periodos ſe invicem ſequentes inchoet, ea notatione, ut ſignificet perſonam loquentis. Et quæ iſta ſui laudatio eſt? Immo etiam hæc ineptia non latuit interpretes, qui non bis vertunt *Tum illa*, quod facere debuerant attenti Græcis. Præclare has turbas ſanavit ac reſtituit pater, ἡ δ' ὀσφῦς σὺ μὲ ὑγρᾶς ἐπικινεῖται. μακρὸν &c. ut ſint verba laudantis juvenis, dicentiſque *lumbi quidem tui agiliter mov.* Sic omnia hæc plana. Verum ſequentia mire adminiſtrantur illa, καὶ τὸ λεπτὸ τῆς θεραπείας ἡδέως ὑποδρῶσα ἀεὶ ἀνίξη, ubi Baſileenſes vertunt, *cujus curam haud facile ſuſtinebis*, Benedictus *cujus curationem haud facile ſuſtinebis*, quæ nihil faciunt ad ſcopum & plenam captato luſu Palæſtræ enormitatem. Pater adſcripſit, F. ἡδονῆς. Vertebat igitur, *& ab ipſa curationis voluptate irrigatus ſemper ſuſtinebis.* Niſi plane oxymori ſpeciem in vulgata lectione agnoſcere velimus, & ab ipſo curationis dolore irrigatum dicat, ut licet dolore plenus & miſer ſit, ſemper tamen adhuc velit: quod judico veriſſimum.

Pag. 81. Τὰ μὲ ἄλλα γυμνὰ καθ' αὑτὰ] Placet interpretibus vertere *alia ſuis peculiis exuta.* Quid igitur? an non & λελυμένα quoque ſic erant? Certe: ſed illis λελυμένα videntur dictæ, non colligatæ in ſertum, quod mihi non probatur, & opinor hæc tria genera ſic debent intelligi, *alia ſic nuda ut naſcebantur* atque adeo integræ, (ut Athenæus lib. 14. ſcribit ἀμφάλας dici τὰ δράγματα τῶν κεφαλῶν αὐτὰ καθ' αὑτά.) *alia ſoluta* foliis non amplius cohærentibus ſed abruptis, *alia in ſerta plexa.* Sic certe procedunt Græca. Paulo poſt pro ἔμπροσθεν τὸν συμπότην pater annotavit πλὴν συμπότου; & ſane ſic jam habent interpretes.

Pag. 83. Πρῶτον δὲ κατὰ λόγον ὡς ἄμμος σφίγγε] Quum in Baſileenſi editione harum vocum verſio eſſet prætermiſſa, Benedictus reddidit *primum in nodi modum, quod ajunt, conſtringe.* Vt laudo curam, ſic quale dicterium poſſit eſſe ἄμμος σφίγγειν, quæ ſunt

voces ſimplices, non capio, nec memini ſic legiſſe. Sed neque τὸν λόγον ita ſumitur ab Luciano, ut patet ex Icaromenippo. Κατὰ λόγον οἶμαι ἡ Ἀτλικὴ πολυσημέσιον ἦν. Et alibi. Aliud eſt τὸ δὲ λόγου. Itaque intellexerim, *primum ut ratio exigit*, vel pro more luctandi, *velut nodum ſtringe*. Hinc enim incipiebant luctæ, ut conſtare poteſt vel ex initio libelli de Gymnaſiis, τίνες ἔυεκα οἱ νέοι παιδεῦσιν, οἱ μὲν αὐτῶν ἀδιαλείπτως &c. licet hæc quoque ſit certa ſpecies luctæ.

Pag. 84. Καὶ ἡ Νάτουρα βάσκανος ἅπαν τυγχάνει εἰς τὴν ἀκίνητον πίχυν] *Sed hera mea faſcinandi artem callet*. Sic Benedictus, quum tota hæc periodus omitteretur in editione Baſileenſi. Itaque ut negligentia hujus contraxit culpam, ita ille profecto ab ea liber non eſt, remotiſſimus ab ſenſu Luciani, qui exigit, *ſed hera mea valde invida eſt erga artificium ſuum*, & ſtudioſe abſcondit, nec ſuſtinet, ut quiſquam ejus fiat conſcius aut particeps.

Ibid. Πίπτει πρὸς τὸ ἐρώμενον] Non capio, quam vere Benedictus nunc verterit *ad ſuum amatorem*, quum pag. 86. ea voce reddiderit ἐραστήν. Vtique prudentius in Gallo pag. 181. puto ab eo verti *amaſium*. Eſt enim in Græcis differentia.

Pag. 90. Ὁ δὲ ἀπῆλθε κάτω τὸ θέατρον ἐρχόμενος] Captavit, ut patet, elegantiam notabilem in loquendo Lucianus, quam vide ut obnubilent interpretes. Baſileenſes *mors illi attulit laborum finem*, læviſſime. Benedictus *ille vero infra delabebatur moriendo ſubſultans*, quod ſane contingit pluribus morientibus, etſi non cadant præcipites. Verte ſimpliciter *ille deorſum abibat mortem ſaltans*.

Pag. 102. Τοῖς ξίφεσιν ἐπιμονῇ τὰς πίχεις] Non debeo hunc locum inobſervatum prætermittere, quia ſunt eædem voces in eadem materia, qua annotavi in tomi primi pagina 475. nec tamen nunc πίχεις aliter vertunt, quam *lacertos*, quod illic quoque volebamus. Verum neſcio quî intelligantur hæc præcedentia, τὴν κεφαλὴν κάτω ἔχειν ὡς ἂν αὐχένα ἑλίσσοντες, ubi Baſileenſes, *caput ſubtus guttur ligantes*, Benedictus *depreſſa cervice caput torquentes*. Nihil horum probari poteſt, & Græca exigunt *inferne ab cervice caput verſantes* ac torquentes, ut nempe cervix cum capite videretur in omnem partem converti.

Pag. 112. Εἴτι καὶ ἀνύσαι τι ἐκείνη ἐξ ἐμοῦ, εἴτε καὶ μή] Benedictus *ſive aliquid, ſive nihil ex me faceret*; ut voces palam & caute ſequitur, ita ſane evertit omnem ſenſum, qui nullus in his eſt. Baſileenſes *qui parum curans mei jacturam* &c. quos veriſſime adſecutos cenſeo mentem auctoris. Nam ἀνύω prorſus idem hic eſt, quod ἐλλείπω perdo & detero, parum curans, *ſi quam mei partem illa imminueret* ac corrumperet, *nec ne*.

Pag. 137. Οὐδὲν ἄλλο, ἢ μηδὲ ὅλως ἡμᾶς εἶναι λέγων] Opſopœus *breviter, nihil aliud quam in univerſum nos non eſſe*; quæ quidem ſingula unde colligat, præſertim primam vocem, non video. Itaque Benedictus omiſſa illa *nihil aliud quam nos non eſſe dicens*. Atqui

ipſe

ipſe auctor & nunc & in principio teſtatus eſt multa ab eo dicta eſſe de providentia. Rurſus ſi nihil aliud quam deos non eſſe dixit, non probavit igitur, atque ita nihil profeciſſe diceremus. Sed certe & probavit ſtatuas fictas ab hominibus, & ipſum Iovem fuiſſe hominem. Sane parum videntur percipere loquutionem Luciani, qui innuit, ſic eum probaviſſe aut ἀδυνείαν Deorum aut non-providentiam *non ſecus ac ſi prorſus nos non eſſemus*, dicens homines de diis cogitare debere nihil aliud quam ſi penitus non eſſent.

Pag. 142. Ἀλλ' ἐ σι χρὴ τὰ τοιαῦτα ἐφίνας] Ridiculus eſt Benedictus, quum ab Opſopœo verbum Græcum vertente per Latinum *permittere* ſic abit, ut putet id notare *mandata dare* vel *injungere*, quum in Toxari pag. 58. χὴ ἐφεῖναι δὲ τὸ μέγιστον ἄχρι τῶν εἰς τὰς συνήθεις εἰσίνας ipſe clare viderit recte id verbum ab Opſopæo ſumptum eſſe.

Pag. 144. Δάμιν αὐτοσχέδιον χὴ δ' αὐτὸ λέγειν] Neſcio utrum Opſopæus omiſerit rectius ſecundæ vocis interpretationem, an feſtinationem ſuam indignius prodiderit Benedictus, non ſatis conſiderans vim ejus & ideo interpretans male *præſentem*. Nam æque præſens futurus erat Timocles, ſi advocato ſuo ad aurem adſtaret. Efficacia utique Græcæ vocis longe alia & major eſt, & ſatis ab viris doctis explanata, & hic ideo difficilior ad exprimendum Latine, quia ipſe Lucianus per ſequentes voces δ' αὐτὸ eam explicuit. Certe tamen notat eum & aperta facie & ſine ſimulationis velamento & proprio ore atque ingenio diſſertaturum, ut αὐτοσχέδιον κρίνω in Timone pag. 76. edit. Salmur. tum ob alios reſpectus, tum cui αὐτοσχεδίου abeſt. Infra in Gallo ſimile occurrit, ὥσπερ ποτὲ ἡ φυγὴς εἰς Δωδώνη αὐτόφωρον ἐμαντεύετο.

Pag. 145. Κόμη ἀνασεσεμμένη] Non poterat Benedictus vocem minus huc aptam excogitare, quam qua uſus eſt *criſpata coma*, quæ nihil ad vaticinantes. Baſileenſes clarius *comarum ſemet erigentium horror*. Horrentes enim & jactatas comas in vatibus agnoſcunt Latini. Heliodorus libro III. dicit τίνα κόμην ἀλφεσίους χὴ τὰς κατόχους μιμέμθω.

Pag. 146. Μακρὸν χαίρειν φοίτους τὰς τριχᾶς] Solet auctor dicere μακρὰ, idque videtur convenientius. In Aſino. καίτοι τοῖς ἀδυκεφόροις κεφαλοῖς μακρὸν χαίρειν λέγω. In Gallo. ὁ Ἀχιλλεὺς ἔπαυε μακρὸν χαίρειν φοίτους τῇ χαιτοπλοκίᾳ. Pagina tamen 229. μακρὸν χαίρειν τοῖς πάνυ φοίτοις.

Pag. 147. Ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκεύων, ὑπαπτερόμθω τέρνητα χὴ μετάφρενον] Vt mirifice geſſit ſe Lucianus in commentanda hac loquutione, ſic mirifici quoque fuerunt interpretes tum in ea contemplanda, tum Latine exprimenda. Nam quum vertunt *cum ad porticum jam fabricarer unus*, paſſivo intellectu, ut patet ex ſequentibus, rem fortaſſe perhibent, ſed non appropinquant Græcis, quæ ſunt activa, notantque *eram fabricans* vel *fingens ara*, & ideo

ideo *obductus pice pectori & tergo*. Quod quum de se jactat hic in statuâ Hermagoras, ultro satis intelligendum præbet id fieri per fabros ærarios. In sequentibus vero & vana & nulla in Græcis mentio balthei, & omnia sic vertenda simpliciter: *thorax autem ridiculus* (utpote ex fragili materia & nullius munimenti) *corpori circum allitus appenderet arte imitatrice omnem aris celaturam impressam habens.*

Pag. 149. Ἐνι δ' ἡμῖ ἄλλως ἐξέμβρυα] *Contingit enim, ut hæc incepta sint* Benedictus: *jam enim alias incepta sunt* Opsopæus, quæ sanequam non efferunt vim loquentis. Verte. *Potest enim esse ut aliter* (quam scilicet munere providentiæ) vel *temere* & fortuito *incepta* &c. Nec vero in præcedentibus illa αὐτό που τὸ ζητούμενον συναρπάζεις interpreter aut cum Benedicto *tu quidem quæstionem corripis*, vel cum Opsopæo *tu quidem quæstionem discerpis*, sed pro argumento latenter arripis & producis id ipsum quod quæritur, & sic fraudem facis. Et nisi fallor, hunc locum innuit eumque sic exponendum putavit Henr. Valesius in postumis ad Harpocrationem pag. 145. Quin etiam mox Benedictus temere omisit in versione ἡμῖ ἐπαινετῶς; at recte Opsopæus *ac laudibus efferas.*

Pag. 163. Ἠ ἐρώτησις, λυτόν τινα φῆς τὸν ἔρωτα δεῖν ἐννοεῖν, εἶτα πεπονθὼς ἂν &c.] Pater voci octavæ adscripsit ὀνείρου, quum manifestissime appareat ex sequentibus auctorem scripsisse vel in animo habuisse scribere masculino genere: nec tamen sequentia talia sunt, ut ad τὸν ἔρωτα referri possint, sed debeant ad ipsum ὄνειρον. Equidem hic locus simillimus est Livianis illis XXVII, 27. *L. Calius triplicem rei gestæ ordinem edit: unam traditam famæ, alteram scriptam, tertiam quam ipse pro inquisita ac sibi comperta affert.* Vbi possem suspicari τὸν *ordinem* venisse ex permutatis & contractis literis pro *rationem*. Sed simile extare video in Varrone lib. I. R. R. c. 12. *Sin cogare secundum flumen ædificare, cavendum ne adversum eum ponas*, quasi putasset se scripsisse *fluvium* vel *amnem*. Item in Vitruvii præfatione libri VII. *Itaque quoniam sexto volumine privatorum ædificiorum rationes perscripsi, in hoc, qui septimum tenet numerum, de expolitionibus exponam.* Cæterum sequentia verba ἡμῖ ὅρον ἔχων τὸ πλοτας τὸ ὕπνον imprudenter & inepte vertunt *metasque volandi præscriptas habeat somnium.* Ita apud interpretes insomnium habet metas volandi somnium; quæ quis intelligit? Lucianus de ipso somno id dicit, & posse tamdiu circumvolare somnium, donec daret somnus, recte & elegantissime statuit.

Pag. 171. Ἐγὼ μὲ ἰδίαν ἀφοσιόω] An non ἀφοσιόω? Vt infra in hoc libello. ἅτε ὀπόταν πρόβατα, οἱ μὲ πολλοὶ προσκύνων.

Pag. 177. Σαπέρδην τινα, ἢ μαινίδας, ἢ κεφαλίδας] Quum sic notabiliter mutet numerum Lucianus, iniqui sunt interpretes, qui eum non sequuntur, ut facit sane & Erasmus vertens *& maride piscículo*, & Benedictus *vel maride*, quum Lucianus clare ista numeri

tate subindicet unam mænida ad cænam satis non esse, sed non nisi mænidas pares esse. Vnde & brevem mænam dixit Ilis.

Pag. 188. Ἀκήρατα ἦν τὰ ἀκύπτερα] Benedictus *celeres erant sine cera penna*: At nulli bono istæ celeres. Itaque Erasmus *citra ullam ceram erant pennæ*. Nec tamen id sufficiat. Melius vertissent *ala* vel *penna volatiles*. sic p. 193. Πρὸς ἄκροις τοῖς ἀκυπτέροις λαβὰς πως πῖς μικρὰ ὁ Δαιδάλους, imperfecte *summis pennis*. Vide ad pag. 647. tomi primi.

Pag. 191. Τῶν ὡς ἂν ἐκ τῶν διαλεχθέντων κατηγορικῶν] Apparet perperam rursus Erasmum, quem sequitur Benedictus, legisse αὐτῶν, quod omnino requiritur.

Pag. 194. Πάμπολυ τὸ νεφῶν ἀπαίρειν] Quomodo aut hæ voces Latine reddi possint *plurimum nubium emensus*, aut si possent, quid huc facerent, nullus unquam potui capere. Itaque putavi fabulatorem innuere, *quum plurimum è nubibus attraxissem*, atque nimia uvidate gravarer.

Pag. 200. Η' Ἀχαρνῆσι πλήρα κεκτῆσθαι] Puerilem sane plagam merentur interpretes licet viri doctissimi, tamen teterrime in omnibus editionibus hîc de Acarnania somniantes: tanquam Acharnæ, regio Attices, adeo carbonibus suis sit obscura, ut debuerit ab illis ignorari.

Pag. 203. Ἐδόκει μοι ὡς εἶχον δρᾶν εἴσω παίειν] Benedictus *mihi ut habebam illico videbar ingressurus*. Quanto rectius & elegantius Erasmus *mihi visum est protinus ita ut eram introire*. Notissima formula tam Græca quam Latina.

Pag. 205. Καθίσας ἂν ἐμαυτὸν ἐπὶ τὰ πρώτα] Quum vox posterior non possit alio referri, quam ad ἡμέδα, opinor longe melius intellexisse Erasmum *cum ad primam consedissem*, quam Benedictum, *quarum in prima sedens*, quod ille haud dubie ad sellam retulit abiens ab Græcis, quod non oportuit.

Pag. 221. Λόγων τε δικανικῶν ἄλις ἔχειν, ὑπομένειν τε ὁ Ἀρείῳ πάγῳ δικάζομένων ἀκούειν] Non constat his constructio, & corrigendum ex Basileensi ἀκούειν τε.

Pag. 226. Ἀδελφὰ δ' παρίστης δίκης ἐστὶν] Ab Erasmo Benedictus accepit *quasi quadam soror præsentis causa est*, captata elegantia, ut mihi videtur, præter mentem Luciani, qui si tale quid intellexisset, scripsisset quoque ὥσπερ τις ἀδελφή. Sed nunc simpliciter ἀδελφὸν ei ponitur pro æquali & simili, ac plane ut infra, ὁ Δαιδάλειον γάρ τι καὶ τοῦτο ἴσκιον ἐστιν.

Pag. 259. Ὥστε ἴσως τί μοι δοκεῖς χαριζόμενος τῇ σαυτοῦ τύχῃ πεφιλοδίκηκας τῶν ἀνδρῶν] Apparet quidem hæsisse in hoc loco Benedictum, dum quæ nimia attulit Opsopæus, amputare conatur, sed dum expedire se ab ejus interpretatione penitus nequivit, nihilo magis lectorem adjuvit, quam fecerat prior, qui sic interpretatur, *quibus per Iovem nequaquam volunt as erat hæc illis illudendi gratia*

ex-

exprobrare, ſicut tibi. Itaque parum gratiæ arti tuæ conciliare videre, tantos viros falſis contumeliis afficiendo. Ex his omittens Benedictus illa *ſicut tibi*, ſequentia reddidit *Itaque parum gratiæ arti tuæ conciliare videris contra viros hoſce mentiendo.* At quæſo quid eſt, quod in illis hic paraſitus mentitur? Vtique in præcedenti periodo teſtatur ſe hæc eadem audiviſſe ab viris bonis & fide dignis nec ob ullam cauſam ſuſpectis mendacii in iſtis hominibus. Hinc certe & in noſtra periodo aſſentitur paraſito, contra quam interpretes volunt. Nam manifeſte Græcæ voces hunc ſenſum efficiunt, *ut adeo nihil mihi videaris, gratificans tuæ arti, in illis viris mentiri.*

Pag. 263. Ὡς ἄξιόν γε φιλοσόφου τινὸς τεθνηκὸς ἰδεῖν] Aliter videntur legiſſe interpretes, dum reddunt *adeo ut indignum ſit ſpectare*, aut certe intelligunt aliter. In quo dubito an audiendi ſint, & non potius Lucianum intelligere debeamus, ac ſi dicat, adeo ut ſit operæ pretium, ut mereatur & dignum ſit huic adjacens philoſophi cadaver adſpici, ob maximam inde exſtituram diverſitatem.

Pag. 265. Ὥστε τῶν μάλιστα νῦν διδασκόντων φιλοσόφων (περὶ μὲ γὰρ ῥητόρων οὐ δεῖ λέγειν;) ὁ μὲ δικάζων ἄλλω δείοις ἐπ' αὐτῇ ἑάλω.] Sic concipiendus hic locus, ut egregie diſtinguitur in editione Baſileenſi, & verſio ſimplex optime ſatisfaciet omiſſis illis ineptiis, quas abunde nimis adjiciunt interpretes. Verte, *ita ut celeberrimorum hoc tempore philoſophorum (nam de rhetoribus quid opus eſt dicere?* qui ſcilicet in foro & cauſis habitant, quod philoſophus non promittit, & ideo abſurdius ſit, quod dicet) *alius quidem in cauſa ſedens ut judex, in largitione fuerit deprehenſus, alius vero* &c.

Pag. 294. Ἐπὶ πυρὸς καὶ λύχνου] Quia video tetrum errorem ex Salmurienſi editione in hanc propagari, putavi monendum male in Latinis legi, *ut in igne & ligno uſu venit*; quem ſi modo attendat, quilibet facile corrigat. Paulo poſt non ſufficit verſio eorum ἃ γὰρ ἐκ ἰσχυρᾶς οἰμωγῆς ἡ ῥίζης ἀνεφύη, ubi Latina habent *neque enim ab altius actu radice productum fuerat.* Neque enim in ellychnio id procedit, quod poteſt eſſe longiſſimum, ut altiſſime demittatur, nec tamen erit ἰσχυρὸν, h. e. denſum, robuſtum, ut tantam ex ſe præbeat flammæ materiam, ut flatus non extinguat: ῥίζα autem ἢ φυτὸς ἢ λύχνου eſt principium ipſius ellychnii. Aliena eſt hic conſideratio radicis in arbore & frutice.

Pag. 300. Ἀλλὰ Ἅιδης ἢ βασιλέως ἀδελφὸς ἦν] Iam notaverat Cognatus Æacum eſſe Iovis filium, Plutonem vero regem dixerat ſupra Lucianus fratrem Iovis. An hinc ergo non ſatis debuerunt moneri interpretes, ne verterent *Æacus eſt regis patruelis*, nec Æacum & Plutonem facerent patrueles, quum alter ſit patruus, alter fratris filius? Immo ipſa Græca vox debuerat eos admoniſſe.

Pag. 301. Τὰ λαιτῶν καὶ τὰ χάσματα διεπίδυνον] Vertunt, *allatrans territoſque in ſpecum rediit.* Immo plane contrarium indicant Græca, ut non tam rediganturin ſpecum, ſed abigantur, deter-

ur ipso specu, non scilicet tartareo, sed oris Cerberei, deo verti debebat *& victu* vel hiatu *deterrens*, nempe ab ulla ulterius fuga.

Pag. 308. Τὸ σημεῖόν τον τοῦτο ἢ πάνδημον ὄνομα] Hæc duo in unam ire omnino nequeunt, & latet certe aliud, quod ex vetustis libris exspectandum. Interim solitus fui hic legere πάνδυτον, quod vocabulum in Philopseude quidem usurpat auctor ad malum πάνδυτον πάγκακον ἱερόσυλον ὄντα, sed in bonum occurrit & quidem in hac ipsa materia in Rhetorum præceptore πάνδυτόν τινα ὑπὸ τοῖς λόγοις ἀγωνιστήν.

Pag. 311. Ἐφ' ὑψηλοῦ καθήσθω] Augent interpretes *in eminenti solio sedet*. At non utique, quum sic loquuntur Græci, de solio intelligunt: & ipse paulo ante citatus Cebes, quum de Beatitudine agit, ὑψηλὸν agnoscit non de solio, sed de loco, ubi illa fingitur morari, & in illo ὑψηλοῦ, quod statuit esse ἀκρόπολιν τῆς εὐδαιμονίας, ista καθῆσθαι ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ. Denique Lucianus non respexit ad solium, sed ad situm loci, unde mox inquit. καθοῦ δὴ σὺ ἱερεῖς, ἐπιδημῶν δηλαδὴ ὀπάχεται γοιᾶς ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐς, quæ quidem ἄκρον non est demonstrata nisi in solo hoc ὑψηλοῦ, ita ut mihi certe videatur temere addi vox tertia.

Pag. 323. Μητρὸς ἢ ἀκεσρίας ἐπ' ἀμφοδίου τινος] Puto ab eodem errore hæc corrupta esse, qui tomo 1. pag. 400. fecit ἐπ' Ἐὐφρανδίαν pro ἐπάφρανδίαν. Certe enim vulgata non satis bene se habent, quæ quidem si essent optima, si legas ἀκεσρίας ἐπαμφοδίου τινος. Nam Lucianus gaudet quoque commentis talium vocum. Sic & initio Herculis Gallici agnoscit ὑπαπαρθένους, licet hi apud poëtas præcipuos quoque exstent. Sed maxime miror, cur mox illa σοῦλα τινὰ κατηγόρημα κρὸς γλιχομένῃ ἱερεῖ cum infelicii, *suavi tamen à matore*, quum certissime talis sit insuavis, & putidum est hæc corrigere, quæ nullius, nisi horum interpretum, oculos fugere possunt.

Pag. 328. Σπαρτοὺς τινας ἀναβιβλαστήσαι] *Sativos quosdam progerminasse*. Ita interpretes. Sed ab Latinis hos eosdem æque ac ab Græcis Spartos appellatos fuisse discimus ex fragmento Varronis, & ideo non debuerunt boni viri appellationem celebrem & propriam sua versione obscurare. Idem occurrit tomo 1. pag. 802.

Pag. 335. Ἐν Γλαυκίᾳ & Ἀλεξικλέους] Video verti *in Glaucia Alexicli filio*. At tales hi interpretes debuerunt quoque lectori demonstrare, quid in eo factum fuerit; quod quidem in hac relatione prorsus nihil dicitur. Quid enim aliud, quam retinuit semel conceptum amorem, donec potiretur amato. At hæc omnia, quæ narrantur, contigerunt in domo Glauciæ, ut patet ex duobus locis, vel dum hic adjutor dicit se ἄγειν ἐκεῖνον μέχρι αὐτοῦ & quod tum hic dicitur βόθρον ὀρύξαντ' ὀλίγον τινὰ ἀπὸ τῆς οἰκίας nempe ejusdem, vel quod tandem ipsa Chrysis ἐπὶ τὴν θύραν κρούσασα τὴν ἔξοδον versata est cum Glaucia. Itaque ἐν Γλαυκίᾳ nunc accipe, ut circa finem harum

rum insaniarum οὐ Ἀμφιλόχιε, οὐ Εὐκράτης. Praeterea viri docti, qui Lucianum publico dederunt, vereor ut bene contemplati sint libros scriptos, dum eum, quem nunc dicunt filium Ἀλεξικλέους, mox ab Luciano scribi faciunt, quasi patrem habuerit Ἀναξικλέα; ex quibus verum eligere sine auctoritate vetustatis nequimus.

Pag. 349. Καὶ σφενδονήσεις ἐς τὰ κρήνια μεμιμημένους] In Salmuriensi editione simul & in hac ipsa vitiose edi video in Latinis *ac personis in capitis adfictis*, ignorans utrum sic præses ejus & editionis & versionis de industria scripserit ac interpolare voluerit Th. Mori versionem, an eam ipsam retinere, quæ est *in capita*, ut sit typorum error. Certe neutrum placet. Neque enim Græca id modo volunt adsumsisse eos personas vel larvas in capita, sed clare sumpsisse larvas tales, quæ in speciem simul & formam cranii vel calvariæ vel diu mortui capitis fictæ essent.

Pag. 351. Ἀλλὰ δίκη ἡμῖν ἐπικλυσθῆναι τῷ οἰκίαν ἐπιγλυμάνῳ] Et quæ venustas in hoc Luciani ἐπιμυθίῳ, quod tamen nunquam his narrationibus nisi venustissimum subjicit, residebit, si claudatur domus aquâ referta? Immo an claudi potest? Periit omne auctoris ingenium, quod restitues scribendo ἐπικλυσθῆναι, sed, inquit, oportebit domum horum aquariorum haustu refertam mergi & inundari. Res ipsa dictat.

Pag. 355. Οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυσθαι βούλομαι] *Non quod aliter historiam edere velim.* Sic Salmurienſis. Sed per Musas! cui bono hic illud *aliter*? Immo, *non quod temere* & futiliter *historiæ narratione me ostentare volo.*

Pag. 357. Οὐ ξυλλαβὼν κατὰ ἡπερ εἰς ὑπερβολὴν πεποιηκὼς] Reddunt interpretes, *quem ex utraque parte mirum in modum humilem accipiens*, ut apparet, non animadvertentes, quemadmodum ipsi evertant prorsus hanc suam narrationem. Si enim fuit talis, hoc est, ex utraque parte humilis, quomodo fuit acclivis? Vtique sic debuisset addere auctor acclivem fuisse in medio. Sed clarius se destruunt per ea, quæ mox sequuntur, quum statuunt eum locum talem fuisse alteri æquatum: Cui illi alteri? an loco? non certe, nec enim plures loci agnoscuntur, sed unius modo facies describitur. Quid quod in fine hujus ipsius paginæ ἑκατέρωθεν interpretantur *ex utraque parte*, & recte. Nempe ἑκάτερον est in alteram partem. Nactus locum ab uno latere perquam humilem ac declivem, eum alteri lateri æquavit aggerando. In sequentibus Latine reddendis difficilior ratio est. Dicit Lucianus ample satis, Κρηπῖδα μὲν βαθεῖαν πάνυ τῷ ἔργῳ βαλόμενος, καὶ θεμελίων ἡσυχῇ τῷ τῆς ἐπιθήκης ἀσφάλειαν ἐμπεδούμενος. Id describendi genus quum Salmurii proximum tautologiæ existimaretur, vide quî compegerit & contraxerit sua, *posito operi firmissimo fundamento, quo superstructi ædificii certitudinem confirmaret.* At religiosior in his Opsopæus æquare voluit Græca *firmamentumque munitissimum omni futuro operi subjiciens, fundamentorum positione substruendi ædificii cer-*

sertitudinem confirmavit. Sed nos liquido & merito censemus hos floccifaciendos. Locus hic balneis fabricandis electus videtur fuisse prope rivum aut fontem, ad quem spectans alterum latus fuit declive, ut solet. Hunc locum adeptus Hippias planavit, *crepidinem* (vel marginem ripæ, qui extollendus erat) *quidem firmissimam omni operi ponens, & fundamentorum positione stabiliens securitatem imponendæ ædificationis.* Crepidinis nrmitas vel maxime requirebatur, ne deinde pressa ventrem faceret & extrinsecus paulatim cedens ruinam toti operi afferret.

Ibid. Πυλὼν μὲν ὑψηλὸς] Consuetudo fere & sensus communis virorum insignium tutos ab reprehensione facit hos interpretes, dum πυλῶνα vertunt *vestibulum* : ita ubique id fieri deprehendo. Sed quæ similitudo Græci πυλῶνος ad Romanum vestibulum? & maxime hujus, qui dicitur fuisse ὑψηλὸς, & ἀναβάσεις ἔχων, & ὕπαιθρον μέλλον ἢ ὄροφον, quæ omnia ab Romano vestibulo sunt alienissima. Res ipsa clamat. Sequentia sic distinguenda sunt, οὐ δρόσιρᾷ ἢ τῷ ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένῳ οἰκήματι (βαλανείῳ δ' ἂν καὶ τοῦτο πρεπωδέστατα) χαρίεσσαν τὴν φωτὶ πολλῷ καὶ λαμπρῷ καὶ ὑπερχαρῆσιν. Et verte; *ad lavam verò conclavium ad delicias comparatorum (quippe & hac balneo aptissima) venusti & multa luce fulgentes recessus.* Vulgo enim vides arenas sine calce. Et sicut nunc οἰκήματα non vertimus *ædiculas*, (ut inepte interpretes, & jam alibi monere debuimus) sed *conclavia*; Sic quoque οἶκος, quæ vox frequenter ab Luciano in hac descriptione usurpatur, non *domus* aut *habitatio* verti debuit (& quæso quot ab illis domus hic supponuntur?) sed cubiculum aut conclave, aut œcos, ut eam vocem in ista significatione propriam sibi vindicarunt Latini architecti, quod & ipsum passim non observatur. Denique quum dicit εἰκόνες λίθου λευκῆς utique non sufficit, si cum Salmurienti reddas *marmoreæ imagines* (an credidit marmor non esse nisi candidum?) sed potius cum Opsopæo *ex albo lapide.*

Pag. 358. Τοῦτο δ' ἂν εἴη οὐκ ἀπ' αὐτῆς μείλιγμα] Cur sic potissimum loquatur auctor, & non maluerit οὐκ ἐν αὐτῇ, plane non capio, quum nihil vel præcedat vel sequatur, unde istud fœmininum dependeat. Sed est vitium, legendumque οὐκ ἀπ' αὐγῆς, orto errore, ut videtur, ex codice majusculis literis scripto, & illic confuso charactere Τ & Γ.

Pag. 359. Ἐξόδοις τε πολλαῖς πεφυρωμένον] Non notant hæc verba, ut credidit Benedictus *multis januarum egressibus munitum* (& quæso quid est *muniri egressibus januarum?*) sed ut recte Opsopæus, *multarumque januarum egressibus patens.*

Pag. 360. Μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον ὑπορφυρίδι] Fieri non potuit, quin dum hæc sic junguntur ab interpretibus, in iis intelligendis errarent. Et tamen quam ingeniose ista verterunt *mitra purpurea comam revinctum?* Sed duo prædicantur ab auctore, cujus

verba ſic diſtingue ἀναδεδεμένον, ἐν πορφυρίδι, & verte *mitra comam revinctum, purpurea in veſte.*

Pag. 361. Τοῦτο δὲ εἰκάζειν κελεῖας αὐτῶν τὸ δεσπότην] Miror, cur vertant, *quo nomine earum dominum vocari conjice*, quum non moneat vel juboat auctor, ſed narret ſpeculatores conjicere ita vocari earum dominum.

Pag. 362. Οἱ μὲν δὲ τὴν ἀρχὴν ἀφικνοῦνται] Interpretes, *alii ne principium quidem attingunt*; qui ſi eſſet Luciani ſenſus, ſaltem ſcripſiſſet εἰς τὴν ἀρχήν. Sed innuit *alii omnino non venient*. Et ſic rectius attenderunt in Fugitivis pag. 598. Ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ τὸ ἔλεγχον δίκοντας. Et in Sympoſio pag. 646. Ὥστε οὐδὲ τὴν ἀρχὴν πειρᾶς ἥξειν.

Pag. 373. Οὐ συμπεφυκὸς ὥσπερ ἡ τῶν ἀκρίδων] Vertunt *non cervici affixum, ut eſt locuſtarum*; quod unde potuerunt effingere? De cervice nihil eſt in Luciano. Et qualis quæſo cervix locuſtarum? Certe Lucianus ullam eſſe prorſus per has voces negat, quæ verti debent, *non agnata* reliquo corpori, *ut eſt locuſtarum*, non eſt continuus tractus corporis a capite ad caudam, ut in locuſtis, ſed poſt caput eſt velut intervallum, ita tamen, ut tenui fauce caput reliquo corpori annectatur, & ſic poſſit converti alia parte corporis immota & quieta. Paulo poſt etiam potuit vocem φολίδας lenius interpretari, quam per vocem *cortices*, præcipue quum loricas ſquamatas dixerint, & laminas ex ferro in eis agnoverint. Tum & ἐπὶ τὸ ὀρρωδύνιον reddidit inſcite, *non aculeo*, quaſi vocis hujus ſignificatio & diſcrimen, quod inter muſcam & alia inſecta notat auctor, reſpiceret formam, & non potius locum ubi ſitus ejus, in extrema nempe parte diverſa, quam eſt in veſpis & apibus.

Pag. 385. Εἰς τὸ Ἔρεβος ἐμπεσοῦσαν ἐμβληθῆναι εἰς τὸ μέλαινα πόντον] Exhibuit quoque interpres *in nigrum pontum*, nec intercedo, quo minus ab poëta aliquo ſic ſcriptum credatur. Sed Lucianum nunc ſimpliciter narrantem non reſpexiſſe opinor ad talem quandam imitationem, & intellexiſſe Melan ſinum, ut illam maris partem appellari novimus ab ingrediente eam Mela fluvio. Vide Geographos.

Pag. 389. Καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν ὑπὸ τὸ ψεῦδος πεπλασμένων] Benedictus, *qui mendacio ſubditi ſunt*. Cedo, quos tales intelligam. Quin etiam quum conditionem hujuſmodi innuit auctor, uſurpat caſum tertium; ut in principio Fugitivorum. ἀξιῶσι γὰρ ὑπ' ἐμοὶ πίπτοντας. Et rurſus: Κρώπια ἐπηρεαζομένων καὶ ὑπὸ τῆς κυνὸς πεπλασμένων. In Reviviſcentibus. οἱ δὲ ὑπὸ τῇ ἐναντίᾳ τύχῃ πεπλάσμενοι, Anaſtaſius apud Baſileenſes, *& ſi qui alii hoc modo mentiti ſunt*, ſententiam, ut videtur, non voces craſſius conſiderans. Puto velle auctorem, *& ſi quis alius eorum, qui poſt vocem* ψεῦδος *nomen poſitum habent*. Tales enim ſunt illi, qui præcedunt Pſeudonero & Pſeudophilippus. Similiter luſit in citato loco ex Reviviſcentibus in verbo multis præpoſito φίλος.

Pag. 419. Ἐκλαβὴ ἀσωθῆναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλορρήμονι] Præceſſit

cessit Melanchthon in vertendo *ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit*. Et sequitur prompte Benedictus verba hæc ipsa sic exprimens, quod miror ab aliis, qui hunc dialogum & versionem ejus tam accurate exegerunt, pro bono acceptum, quum nulla prorsus in Græcis fiat mentio illius funeris. Quin etiam μεγαλοπρέπεια non patitur, ut de impensa pecuniaria intelligatur, Græcis ad eam exprimendam alia voce utentibus. Immo nec consideratio magnificentiæ funeris potest hic locum habere. Majora desiderantur, quæ habebis, si recte vertas mecum *ad reliquam rerum suarum magnitudinem addi voluit, ut & Deum crearet eum, qui erat mortuus*. Inter alia ingentia acta sua referri voluit, ipsum ex mortuo feciisse Deum.

Pag. 425. Περιπαθῆ τινα καὶ γέμοντα τραγῳδίαν] Quum simpliciter & pari vocum ordine reddidisset Melanchthon *agitque lata & comica facie tragœdiam meram & nihil non triste patientem*: Benedictus illud nudum γέμοντα gravatus *plenam affectibus tragœdiam* dedit, abolito modo, quo per copulativam se extendit Lucianus. Id exemplum video placere aliis, qui putant supplendam orationem, ut legatur κακῶν γέμοντα. Quod omnino nequeo probare, etsi videatur prima fronte blandiri. Nam quum dicit Lucianus καὶ γέμοντα τραγῳδίαν, simul tacite intelligit *plenam* eorum casuum, qui solent esse proprii tragœdiarum. Quod ipsum solent sæpe omittere. Sic paulo ante dixit μεστὰς ὑποψίας, non addito quibus rebus essent repletæ. Sic in Symposio. οἱ σοφοὶ δὲ ἠσέλγαινον, καὶ ἐλοιδοροῦντο καὶ ὑπερηφανεύοντο καὶ ὑπερεφρόνουν. Vtique nec hic speciatim quidquam addit. Quin etiam Polybius libro 1. de prælio ad Ægates dicit, nunc πρὸς Ἄννωνα ποιήσεται τὴν ἀγῶνα καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις καὶ πρόσπτα γέμοντα τὸ σκάφη, nunc αἱ μὲ χαὶ νῆες γέμουσαι δυσχρήστως διάκεινται πρὸς κίνδυνον. Idem fit apud Græcos in aliis verbis.

Pag. 445. Καὶ ἀντὶ γλώσσης, ὅσα καὶ χειρὶ χρῆσθαι διέγνωκας] An hæc paria esse possunt illis, quæ apponuntur ab Micyllo & Benedicto *ac lingua perinde ut manu uti decrevisti?* Certe sic illi penitus omittunt voculam ἀντὶ. Quæ quidem sane perincommoda est, nisi bene inspexeris. Legendum enim καὶ ἂν τὶ γλώσσης ὅσα καὶ χειρὶ χρῆσθαι διέγνωκας; Est enim exprobratio per interrogationem excitatior, *& quid lingua æque ut manu uti decrevisti?*

Pag. 462. Παρεργον τοῦτο τὸ ἐπὶ Γοργόνας πλῆσαι] Benedictus, *atque ut extra institutum, volatus ad Gorgonas.* An credimus sic insignem virum distinxisse? Verius crediderim ortum errorem ab typis, & continuo ductu expressisse sententiam, quam largius ediderat Micyllus, *atque hoc parergon quoddam, sive extra propositam rem additum fuit ad eum, quo ad Gorgonas abiit volatum.* Ex Benedicto oportet certe tolli absurda commatis distinctio, ut *volatus* sit genitivo casu.

Pag. 463. Ἄνω τὸ ἀντίθυρον, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται] Sane quidem

post vocem tertiam video in editionibus poni parvam distinctionem, non secus ac si inde supponere deberemus viros doctos, qui vel ediderunt vel interpretati sunt, in Græco sermone agnovisse ἡ ἀντίθυρε, cujus secunda inclinatio foret τὸ ἀντίθυρες. Sed nunquam eo vecordiæ progredi potui, credens illos satis bene voces Luciani considerasse. Itaque quum puer essem, insistens illorum vestigiis censui scripsisse auctorem, ἄνω τῆς ἀντίθυρες Ἀθηνᾶς ναὸς, *in mediis parieti superiore parte obversum ostio templum Minervæ positum est.* Neque hujus cogitationis nunc pœnitet, eo magis quod hunc locum videam ab viro doctissimo infra pag. 637. sic tractari, quasi vel ἄνω τὸ ἀντίθυρες aut potius τὸ ἀντίθυρες legendum esset: quorum utrumque non est immune vitii; quum nec prius bonam efficiat sententiam aut syntaxin, nec etiam posterius, quum si μίσος fuerit ἀντίθυρον, non fuerit necesse id rursus exprimi; sed recte dicit in medio pariete fuisse ἄνω ædem Minervæ ἀντίθυρον. Quin etiam quum illic scribit Lucianus ἐς δὲ τὸ ἀντίθυρον ἡ ἄλλη πλευρὰ, non debet supponi ellipsis pro ἀντίθυρον τοῖχον, qui nullus illic legitur, sed ἐς ἓν τὸν ἀντίθυρον scilicet κλινῆρες, qualem alium ad dexteram ingredientibus præcessisse illic manifeste legimus.

Pag. 468. Πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε, καὶ λιπαρὸν τὸ πᾶσης γῆς, καὶ θαλάττης διατόπλω, γῆρως ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα] Sic distinxit Benedictus, addita ineptissima versione *longissimam ac plenissimam tota terra marique dominantem senectutem, jamque in suo solo regnantem & senescentem assequuti.* Quid enim? an Lucianus, tersus ille & liquidus, dicet senectutem dominantem terra marique? Porro cur jam in suo solo regnat? an etiam ante regnavit in alieno? Nihilo melius prior Opsopæus *& longissimam ac plenissimam tota terra marique dominantem senectutem, jamque in suis locis regnantem & senescentem consequamur.* Fatue de se vel assequutis vel consequentibus loquuntur uterque. Verte, ut clare sonant verba, & ratio inculcat. *quo ad longissimam ac plenam senectutem veniat terra universa ac maris dominus, orbi suo imperans nunc jam senex.* Hoc enim intelligit votum, ut princeps, qui jam erat senex, maturam quoque adepturus esset senectutem.

Pag. 470. Ἀντίπατρον ὁ Ἰόλαε] Probo magis Opsopæum vertentem *Antipater patre Iolao genitus*, quam Benedictum posteriora omittentem, ut apparet, quia & filium Antipatri Iollam vel Iolaum in historia Macedonica audierat. Nam licet id ita sit & habuerit eo nomine filium, utique & potuit patrem eo nomine habuisse, quod in ejus nepote, filio suo renovavit.

Ibid. Ἀντίζηνον τὸ μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐπλεύσησι, βιώσας] Sic distinguunt viri docti, & ad hunc distinctionis canonem formant quoque versionem, quasi Lucianus annotari vellet eum in Ponto mortuum fuisse, quod mihi ab hoc sermone alienum videtur, & distinguendum esse φεύγων ἐπὶ Πόντου, ἐπλεύσησι βιώσας &c. Av-

tigonum Coclitem fugiens in Pontum, mortuus est. Quam fugæ viam quum adnotat, tacite dat intelligendum, qua occasione regni Pontici conditor exstiterit. Et sane sic loquitur rursus auctor in Navigio. Προῖωμεν ἤδη πρὸ ἐπὶ Κοέλιον ἀπὸ τὸ ὀρείνης. Et alibi plura de hac constructione dicentur, quum persuaserint sibi viri docti debere hanc poni in quarto casu, sed temere.

Pag. 488. Οὐκ ἀπορήσω ὅτῳ σε κρὴ ποιητικῆς ἀγυιολογίας] Recte aggressus est hunc locum Palmerius; Sed an procul dubio tetigerit verum, quod putat, valde ambigo. Negari enim nequit, quin ad vulgatam scripturam propius accedat *αἰπολογίαν*, quomodo ipse diu est quum corrigendum suspicatus fui, quam *ἀπολογίαν*, quod ille supponebat. Quin & significatio vocis meæ huc melius convenit, si modo examines, & ejus efficaciam ex Quintiliano huc compares.

Pag. 489. Χρησιμωτάτη ἐν τῷ βίῳ μαντικὴ νομίζοιτο. Lv. τοῦτο μὲν &c.] Sic procedit hic locus in editionibus. Sed quid priora verba faciant ad præcedentem periodum, haud facile quis dixerit. Necessum est omnino, ut persona Luciani his omnibus præponatur, quippe cujus manifeste apparet has voces esse, qui vult concedere vaticinationem esse utilissimam hominibus, sed longe contendit ab ea abesse Hesiodum, quum pastoralia quædam monita conscriberet. Sic igitur posthac mutandæ editiones. Lv. χρησιμωτάτη ἐν τ. β. μ. νομίζοιτο. τοῦτο μὲν &c. Paulo ante etiam interpres vocem ὡσδηλῶν vitiose accepit pro singulari accusativo *quum præsignificavi*, quæ tamen est pluralis & referenda ad ὅσα. Opsopæus ad ipsum poema nescio qui retulit *poemate succedens manifestante laborum.*

Pag. 490. Ἐπὶ κρὴ τὰ τοιαῦτα εἴ τις αὐτῇ ἀναπτείη, οὐκ ἂν φθάνοι κἀμὲ μάντιν λέγων] Vnde potuit Benedictus venire ad talem versionem *quasi quis illi adscripserit, neque me vatem dixerit?* Est enim præterquam inepta, tum plane contraria sensui auctoris, quem longe melius expressit Opsopæus. *At si quis & ea quæ tu jactas, illi adscribere voluerit, & ille me quoque vatem rectissime dicere poterit.* Est enim omnino hæc vis ejus loquutionis, ut ipse novit, unde in principio Fugitivorum illa οὐκ ἂν φθάνοις κρὸ Ἐμπεδοκλέα ὅτῳ αὐτῷ ἐγκαλῶν vertit, *facere non poteris, quin Empedoclem ante ipsum crimineris.* Et rursus pag. 602. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις κηρύττων, *ne igitur præconium enunciare cunctaberis.* In Symposio 634. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ἡμᾶς, *Itaque omnino nos excipies.*

Pag. 492. Περιηγμένῳ τὸ πλοῖον] Benedictus *navim circumagenti.* Quod quis intelligat? & quanto melior Micyllus, *per navigium circumcirca præeunte.*

Pag. 497. Εἴ ὅτῳ τὐλάχιστόν τις λογίζοιτο] Benedictus, *si quis ad minimum usque supputarit.* Ergo putavit ille maximam eam summam esse, quousque ascendere queant reditus ejus, &, si omnino nihil, ne minimum quidem, ex lucris in supputatione omittas, nunquam fore ultra duodecim talenta. Aliter censuit Micyllus, qui vertit *etiamsi quis communiora tantum computaret:* quæ tamen ver-

sio subobscura est, dum vix dicas utrum *communiora* intellexerit talenta, an subintellecto *lucra*. Certe videntur Græca significare duodecim redigi talenta, si quis crasso modo colligat, si ad minimum, non summum quis subduxerit, si non accuratissime singula in rationem mittantur, sed rudius generaliusque ediderit.

Pag. 499. Ὀλίγον ὅσον ἡμιστάδιον τὸ πρὸς Δίπυλα ἐπιλῃψ.] Benedictus *paulo ante dimidium stadium quod usque ad Dipylum supereſt*. Micyllus *paulo ante quam ad Dipylum perveniemus, circa extremum hemistadium*. Nescio cur illis sic placeat obscuris esse & vagari; quum clare dicat *vel exiguum semistadium, quod ante Dipylum* erit nobis progredientibus reliquum, *adsumam*. De morte Peregrini. ἢ δὴ ὅσον ὀλίγον ἀνατρέψαντες τὸ κωλακλίσιον.

Pag. 506. Ἀρτέμιδι θύσαντες, καὶ τὰς πόλεις ἀτειχίστους λαβόντες, ῥᾳδίως ἄρχοντας ἀπολιπόντες] Sic quoque Benedictus *captis civitatibus immunitis, & prafectis ibidem facile relictis*, quum Micyllus pariter dedisset *ac civitatibus nullo defendente captis, prafectisque ibidem facile relictis*. Mihi ea ratio loquendi videtur absurda, & distinguendum esse λαβόντες ῥᾳδίως, ἄρχοντας ἀπολ. Sic enim & solent scriptores loqui & sensus communis fert. Mox longe ineptius vertuntur illa καὶ τὴν Θηβαΐδα καὶ ὀρεινὴν Κιλικίας *utramque Cilicia oram maritimam videlicet & montanam*. Si enim ὀρεινὴ non est παράλιος, non potest ferri *ora*: & cur non simpliciter *maritimamque ac montanam Ciliciam*?

Pag. 514. Ὃς σε ἀνείρυσέ σε πωμῆ μαργαίνοντα] Nescio quid velit Benedictus *qui obductus te a stultitia cohibeat*. Interim probo Micyllum, *qui te indutum a stultitia cohibeat*.

Pag. 523. Ἀλλ' εἴ τινα δέομαι χρυσῶν] Non opinor ista notare aut bene verti ab utroque interprete *Sed si quam anum invenire possem*, aut ut alter *habere*, quod nullius ponderis est in hac oratione; verum *sed utinam invenirem vetulam*! quo sensu frequenter ea particula etiam ab Luciano sumitur. In Prometheo. Εἰ γὰρ γένοιτο, ὦ Προμηθεῦ, τοιοῦτο.

Pag. 564. Τετραχιλίων ἐξανήσασθαι] Vertunt *tribus nummorum millibus redemit*, in quibus vocem secundam subducta linea notavit Pater, qui haud dubie voluit intelligi τετραχιλίων δηναρίων. Et merito. Quum manifeste sic intelligere appareat ipsum Lucianum ex pag. 544. ubi Charmides ait, καί τοι τοσαῦτα παρ' ἐμοῦ λαμβάνουσι, καὶ νῦν ἐπὶ χιλίαις αἰτίσῃ σὺν εἴκοσι διδύμαις, ubi interpres simpliciter *mille petenti*, quum intelligat δραχμαῖς, quomodo vertit in Pseudologista pag. 449. πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἑξήντα *septingentas & quinquaginta drachmas*: Et ex Asini loco manifestiore, καὶ πεφίσκει με πέντε καὶ ἑξήκοντα Ἀττικῶν, ubi idcirco vertere etiam potuerunt *quinque & viginti drachmis Atticis*. Sic ergo debuerunt quoque, pag. 611. in Saturnalibus τρεῖς τάλαντα καὶ μυριάδων, ubi vertunt *talentis & decem nummum millibus*.

Pag. 576. Ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης ἐλθὼν. Κάλαμον καὶ-

παράδοξον φησιν] Egregias hic agnoſce interpretationes. Opſopæus, *veluti Oneſicritus claſſis Alexandrinæ gubernator ait, cum Indum ardentem, ſicut fama eſt, conſpexiſſet.* Benedictus, *ut Oneſicritus Alexandri gubernator, cum Calanum, ut ajunt, conflagrantem vidiſſet.* Vidit ergo Benedictus Opſopæum largiorem eſſe, quam patiuntur Græca, & verbum φησιν notare non niſi alterutrum poſſe vel *ait* vel *ſicut fama eſt.* Quid decrevit ergo is ipſe? nempe accepit pro *ut ajunt*, pravo ſane judicio. Non enim magis ajunt Calanum conflagraſſe, quam Oneſicritum id vidiſſe. Sed & vide, unde comparativa loquutio pendeat. Scribit Benedictus: *Illi enim non inſiliunt in ignem ut Oneſicritus Alexandri gubernator*, quaſi vero & Oneſicritus inſiluiſſet. Quin immo Lucianus Oneſicritum unum auctorem hujus hiſtoriæ citat, & ideo non poteſt imperfecta multitudinis ac rumoris citatio locum habere, & plane ſufficere debet, ſi vertas, *ut Oneſicritus Alexandri gubernator viſo Calano ardente refert.* Maxime miror Benedicti iſtam verſionem placuiſſe Tan. Fabro, tam minute fingula hæc quondam recognoſcenti.

Pag. 577. Οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσας αὐτὸν] Certe Benedictus, etſi in priorum ſententia aberrarit, in poſterioribus voces, prout ſunt, expreſſit, quod Tan. Faber prorſus non facit, cujus verſio plane par foret Græcis ita conceptis οὐκ ἀπ' ἐλπίδος ἀναπηδήσας αὐτὸν, cum extra ſpem non ſit, quin ex igne ſit reſiliturus. Nedum ut admitti poſſit, quod tentat, gemina negatio ante verbum ἀναπηδήσας. Sed ut habeas expedita omnia, apparet errorem ſcripturæ corrigendum eſſe & pro μὴ ἀναπηδήσας, reponendum μεθαναπηδήσαι. Nam in ſententia verbi μεθάλλεσθαι idem Faber toto cælo errat, quum rectiſſime Benedictus reddiderit.

Pag. 581. Κατόπιν δὲ τὸ κηρύκιον ἀγῶνος] Notavit pater quoque hic conjecturam liberam & indoctam T. Fabri, & ut ab ea averetur, juſſit inſpici Ciceronis epiſtolam ad Luccejum. In ſchedis notavit videndum Scaligerum in Græca Euſebii pag. 420. Fabrum priorem in Agoniſtico pagg. 293. & 294 Et ſane quomodo latuerunt illa in extremo Demonactæ, εἶπον ὅσοι τὰς παρόδους τ ἀναγώνιον τὸ κηρύκιον ᾠόδυ, Λήγ' ἐμ ἀγὼν τὸ κραδίσιον ἄθλων Ταμίας, Καιρὸς δὲ κραδεῖ μηκέτι μίμνειν?

Pag. 582. Πλὼ τότε ποσοῦτον ἐπήκουσα] Plane non neceſſaria temporis illa definitio, & opinor ſcripſit πλὼ τόγε ποσοῦτον. Sic alibi.

Pag. 590. Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον] Quæ verſio hæc eſt, quam nobis offert Benedictus & ſequitur Faber? *caterum ego neque ipſe ante paucos dies vidi.* Ergo aut nunquam vidit, aut ante valde multos dies vidit. Quod quid eſt? aut quomodo ad Græca? multo melius & rectius Opſopæus *caterum ego quoque illum non ita multos ante dies conſpexi.*

Pag. 615. Ὡς ἀγείρουσιν τῇ μητρὶ] An hi dies adhuc patiuntur, ut liceat Græcas iſtas voces ſic Latine verſas conſpici *ut Cybela matri ſeſe adjungant?* quum jam pag. 681. in Syria Dea ἡ πολλὰ μὲν ἐς τὰ τὰ

τυπίδ Ϝ ἴργω τῷ ἀλεκτρύονι ἀμείροντας recte ut vides & aliter vertere: quum apud Maximum Tyr. diſſert. tertia μηδὲν Ϝ ἐν τοῖς κύκλοις ἀγειρόντων ἀθφόρους, οἱ δυοῖν ὀβολοῖν τῷ πρωτυχόντι ἀποτιμῶσι, verterit Cl. Heinius, *ſimilem mendicis illis, qui in triviis ſtipem colligunt, & duobus obolis obvio cuique ventura prædicunt.* At jam in Pſeudomanti has voces ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγειρονῆς τι τῷ ἐνθουζῶντες verterant *eorum more qui a Cybele Deorum matre afflati conveniunt.* Cur non ſervant eundem tenorem? Certum eſt, ubi ἀγείρειν habet additum caſum tertium, illic agi de collectione pecuniaria & capturis: ſin, eſſe congregationem hominum, & huc potius cenſeo referendum locum Maximi Tyrii, quum ἀγειρονῆς proprie dicantur tales circulatores in variis rebus, ut oſtendit Lud. Creſollius in theatro Sophiſtarum libro III. Præcipue vero nugantur, quum legem Saturni mox ſequentem λογισμὸς ἀνδρὸς Ϝ ἐπιμελησθέντων Κρονίοις λαμβάνειν μηδὲ τοῦτο ἐξεῖναι intelligunt *rationem exigere ab iis qui res curant Saturnalitias, ne id quidem fas eſto.* Quid enim? an putant Lucianum conſtruere verbum ἐπιμελεῖσθαι cum caſu tertio? Cur igitur mox apud eum Saturnus ſcribit pag. 623. Ὁ Ζεὺς δὲ μάλιστα Ϝ ποιητῶν ἐπιμελεῖται? Immo ſic quoque omnis Græcia; quæ interdum & quarto caſui id verbum adjungit, nunquam tertio. Omnino verte, *rationem exigere ab diſpenſatoribus per Saturnalia*, vel tempore Saturnalium.

Pag. 616. Τῇ ἡ πρὸ Ϝ ἑορτῆς] *Caterum ante ſollennitatem.* Non ſufficit: nam & quum ſtatim in præcedentibus dixit πρὸ πολλοῦ Ϝ ἑορτῆς, etiam notavit tempus ante ſollennitatem. Verte *caterum die ante Soll.* Nam clare diſtinguit inter longinquius & magis propinquum tempus.

Pag. 618. Πάντες πᾶσι συμπίνετωσαν, ὧν ἐθέλωσι, συμπίνοντες Ϝ πλουσίῳ? An non ſcripſit auctor πίνητε πᾶσι? Nam illud confuſionem inducit. Sed videtur velle dare pauperibus privilegium, ut ſi velint, primi invadere poſſint calices, ſed & remittere id poſſint. Vtique πάντες non opponuntur πλουσίῳ, quod huc requiri videtur.

Pag. 636. Διδάσκαλον ἦν ἄρα Ϝ Ἀριστωνίτου, υἱὸν Ϝ Ζήνωνος] Ita per ſuas diſtinctiones inepte diſcerpunt editores in Græcis ea quæ conjungenda ſunt. Ergo & Benedictus *Ariſtaneti Zenonis filii præceptor.* Quo quid obſcurius? & quis aliter hæc adſpiciat, quam facientia Ariſtænetum filium ac diſcipulum, Zenonem vero patrem? At plane hæc ſunt inverſa. Et quanto præclarior Eraſmus, *quod eſſet Zenoni Ariſtæneti filio præceptor?* Id retine, & tolle ex Græcis importunum comma.

Pag. 639. Ὁ ἀνδρὸς τοῦ Φόλου Ἡρακλῆς]. Fieri nequit, ut ſi quis Benedicti verſionem intuens *Herculem Pholenſem*, ullo modo concipere poſſit ea Latina facta eſſe ex his Græcis, qui ita eximium illum Leonardum Auguſtinum deduxit, ut monuimus in præfatione eius gemmis præfixa, quod tamen tunc non advertebamus. Sola Gallia eſt hujus putidi commenti origo. Nam doctior

Erasmus noster rectissime dederat, *Herculem apud Pholum.* Pag. 640. Δεξιῶς πάνυ δὲ Ἀλεξανίτῃ τῷ παροινίᾳ ἐνίγματι] &] tantur *inducta dextre admodum temulentia.* Desideratur alius, qui illud *inducta* interpretetur. Quid enim id sibi vult? At Luciani scopus est, *tolerante Aristeneto admodum dextre temulentiam,* non exaperato ad hoc factum in pueri sui tentatione. Herodianus libro 1. Ταῦτα χαριέσσα ὕβρεώς τι πρὸς παροινίαν ἐπῆς, ἧς ἐτὸν τὸν αὐτὸν ἱστορήσω.

Pag. 645 Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίης χθονὸς, ἐν ἀντιπόρθμοις πεδ.] Vbi mens fuit vel editorum vel interpretum, equidem nescio: longe eam ab ipsis abfuisse, quum hunc locum tractarent, facile colligas. *Vtcunque* in Græcis distinguunt, sic in Latinis Benedictus *Hæc terra Calydon Pelopii est soli, fretum qua est parte, campos divites pingues habens,* Erasmus *Calydon quidem hæc Pelopii regio soli, Qua parte fœcundum spectat adversa fretum.* Atque ita Calydon ope illorum ex Ætolia transmittitur in Peloponnesum, satis ridicule. Distingue & verte, Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίης χθονὸς Ἐν ἀντιπόρθμοις, πεδί' ἴχνεσι δίδυμα. *Hæc terra* est *Calydon, Pelopia terra in transmarinis,* objacens Peloponneso trans fretum, *habens campos uberes.* Res ipsa clamat.

Pag. 647. Αἱ ἐπιστολαί ἐφέπτε ὡς πρεσβυλικαί] Verterat Erasmus *vicinæ epistolis quam & ipsa epistola graves sint ac seniles.* Benedictus vocem esse brevis, amputat postrema, relinquens *quam graves sint epistola,* contra prorsus quam oportuit. Non enim graves esse demonstrat, sed seniles, hoc est, frigidas, nullarum virium, infirmes scriptas, plane qualis est appendix Observationum ad Melam, Londini nuper impressa.

Pag. 650. Ἰχθὺς ὁπὸ πυρίνου] Insigne exemplum, ut error soleat augeri & quotidie invalescere. Verterat Erasmus *piscis Tagenicus.* Id eodem modo retinuit Benedictus: Sed ne quid deesset, nunc video in hac editione Græcam vocem postremam quoque incipere ab majusculo T. Habeant hoc & fruantur, quibus placet: nos censemus interpretandum *piscis ex sartagine,* quod non modo probant multa antiquorum fragmenta, sed hodieque etiam placet.

Pag. 656. Ὁκόσα ἰόντα ἐμοῦ πρεσβύτερα, ἐγὼ ἱστορέω] Vter hic interpretum laudandus, Benedictus interpretans *Quacunque antiquiora me sunt, ab iis narrationem incipio,* an Micyllus, quem postremus fere expressit, *Quacunque igitur antiquiora me sunt, ab iis narrationem incipiam*? Sic uterque particularem ex his facit periodum, sic uterque *ἱστορέω* putat verti posse *incipio narrationem.* Quæ sunt utraque ab vero alienissima. Distingue Τὰ μὲν αὐτοψίῃ μαθὼν, τὰ δ' ἀπὸ τῶν ἱερέων ἐδάλω, ὁκόσα ἰόντα ἐμοῦ πρεσβύτερα ἐγὼ ἱστορέω, ac verte *& ex iis refero, alia quidem cognoscens quæ ipse vidi; alia ab sacerdotibus edoctus sum,* ea nempe, *quæ meis annis antiquiora commemoro.*

Pag. 683. Καὶ τὸν πατρόθεν οἶκον δίκαιον] Mirifice interpretes,

quorum prior *& quod ex patria cujusque venit, id denuo apud se recipit*, ſiterior *atque hoc è patria domi recipiunt.* Imo *atque id ab patribus*, majoribus, *in domibus* & familiis ſuis *retinent.* Teſſera illa & conjunctio hoſpitalis ab patre propagatur in filium & ab hoc exercetur conſervaturque. Neque ſane mox dicerem *ſumptis libamentis* ἐπαφείσας, ſed datis & fuſis libamentis.

Pag. 685. Ὅσῳ ἂν ἔφλω, δεῖ μοί μοι καὶ ἐμὲ περιπάτου] Salmurienſis interpres accipit, ac ſi mutetur perſona, & quum antea loquutus fuerit Therſagoras, nunc incipiat Lucianus: unde voculam καὶ hic præcipue efficacem omittit in verſione, quam vides eſſe *Ego vero, ut dixi, deambulatione opus habeo.* Hanc ſententiam admiſit ab Melanchthone, qui prorſus eodem modo *Tum ego: Et mihi opus eſt deambulatione.* Sed profecto non ita eſt, & continuatur perſona Therſagoræ, qui quum ante jam dixerat de ambulando καὶ τοῦτο διόμην, id nunc repetit dicens, *Quod igitur dicebam, etiam deambulatione quidem opus habeo; multo autem prius, ajebat, venio hunc ſalutare optans.*

Pag. 689. Ἀ φθονία μὲν ὦ ἄν μοι περιῇ πάντως τόδ' ἐγκώμιον. εἰ δ' ἂν ἀπαρτᾶν νομιζόμενον] Turpis macula ex Salmurienſi editione in hanc propagatur, dum ſic editur, quum voces illæ τόδ' ἐγκώμιον pertineant ad ſequentia, ad quæ retulit etiam interpres, ſed infeliciſſime vertens *idque encomium non diſtrahendum putarem:* neque enim ἀπαρτᾶν eſt diſtrahere, ſed ſuſpendere. Certe melius Melanchthon, *idque encomium non exiſtimarem prætermittendum eſſe.* Sic ex eadem Salmurienſi paulo ante video editum monſtroſe Σπυπτίου pro Σμύρνου.

Pag. 720. Ὀλίγου ἧττον τροφῆναι δύμενον, οὐδὲ τῶν πολλῶν ἐπιτρεφόμενον μίαν] Benedictus *pauciſque ut nutriatur opus habeat, diutius tamen quam alii multi immoretur.* in qua interpretatione ſequutus eſt auctorem Thomam Morum, dubito an Græca rite conſiderantem. Certe res ipſa non patitur, ut in his ſit juſta oppoſitio; nec ſi vir valens diutius, quam ægroti multi, immoretur convivio, propterea ſic culpari poteſt, ut hic poſtea culpatur ab colloquentibus. Errarunt certe, quum τῶν πολλῶν putarunt dici maſculine; ſunt enim neutra. Et utique illud *diutius* nullibi in Græcis. Verte, *pauciſque ut nutriatur opus habeat, quum a multis*, ſi multa deglutierit, *futurum ſit ut enecetur.*

AD-

ADDENDA.

Pag. 9. lin. 13. Μῦθον ἀντὶ μίθυ] Lindenbrogius apud Menagium Amœnitat. juris civilis c. XXXIX. in *Mutuum* legendum putat *μοίτυν*. ἀντὶ μοίτυ. Almeloveen.

Pag. 10. lin. 35. Παρεισήξηγάς] Sic interpres vertit. Quomodo legerit nescio. Forte legendum est παρεξεισήσῃ à παρεξίστημι, & erit, quod nos vernacula lingua dicimus *tu seras ravi*. Palm.

Pag. 20. lin. 10. Μὴ καὶ ἐπιζομίσῃ μέφησιν ἐμπεριπατοῦσαν αὐτοῦ] Interpres: *ne illo* (calceo) *mihi inambulanti os obturet*. Verte: *ne inambulans, pronus in os, in vultum, cadam*. Sic infra: ὅμως τὸ τρέχοντα ἐπιχὼν, ἢ ἐμποδίσας ἐπιζομεῖ. Menagius.

Pag. 27. lin. 13. Γονία] Φονία legendum omnino videtur. *Idem*.

Pag. 41. lin. 1. Καὶ στέφανος ἠμπέχαντοι] Martialis: *A te vexatas, malo tenerosas*. Idem.

Pag. 41. lin. 1. Καὶ μᾶλα πρὰ ἀποδιδηγμένα] Ex hoc loco lux affulget Theocrito in Cyclope, ubi de violento ejus in Galateam amore sic ait:

Ἠρατο δ' ὅττι ῥόδοις ἢ μάλοις ὅττι κυκλίοις,
Ἀλλ' ὁλοαῖς μανίαις.

Scilicet poma morsibus amasiarum lancinata amantibus data favoris erat & amoris indicium. *Palm*.

Pag. 41. lin. 31. Ἠδὴ, πολλὰς ἤδη νίκας ἐκτεκμαιρόμενοι] Ἐκλεκμαίζειν τὴν νεότητα· *perdere juventutem*. Plutarchus de liberis educandis. *Menagius*.

Pag. 43. lin. 33. Ἐπικαλαμοσάθμοι] Ἐπικαλαμικοσάθμοι, legendum omnino videtur. *Idem*.

Pag. 44. lin. 25. Ἀπάγεσι παρὰ τὸ δεμοσίην ὃς ἄρμοζε τὸ Ἀσίαν τότε] Cur utatur hoc loco Lucianus voce *δεμοσίης*, difficile est dicere. Fuit Lacedæmoniorum propria ea vox, & id nos docet Diodorus lib. 13. his verbis: Γ̓ραμματοφόρους ἀγαμῶν (ὃν οἱ Λάκωνες δεμοσίην ἐκάλουν.) Ii suos præfectos in regiones sibi subjectas mittebant, & *δεμοσίας* eos vocabant. At Asia, de qua hic sermo, & quæ tempore Luciani & hujus Dialogi sub Romanis erat, ut ex ipso dialogo patet, proconsularis erat provincia, & à proconsule regebatur, qui Græcis dicebatur ἀνθύπατος. Tentabam hunc nodum solvere, & dicebam forte Lucianum servasse decorum, & cum Mnesippum Laconem introduceret loquentem, cum de industria non exacte ἑλληνίζειν facere, & non perfectam notitiam Romanorum magistratuum habentem induxisse. Sed ut verum fatear, id non mihi satisfacit, nam nec in tota orationis serie utitur alia voce, quæ Laconismum redoleat, nec ipsum nomen Μνήσιππος videtur esse Laconis, sed Μνάσιππος dicendum fuisset. Tum & infra de morte Peregrini utitur ea voce ex sua persona, ὅθι τὸ δεμοσίην ἀπαχθῆναι τὸ Ἀσίας. Itaque alio me verto, & puto fuisse nomen Græci magistratus, non Romani. Nam civiliter & moderate regentes provincias Romani permittebant aliquando populis, ut haberent speciem quandam regiminis & magistratus quosdam ex sua gente, sibi tamen subditos & sine jurisdictione suprema, sed morum & διατάξεις curam habentes. Id mihi suadet Budæus in commentariis suis, qui hæc ait: δεμοσίους ἐκάλουν Ἀθηναῖοι τοὺς εἰς τὸ δῆμον ζῶν διατάττοντας. Ignoratur, unde id acceperit, sed ex eo loco colligitur fuisse Athenis *δεμοσίους* id, quod Romæ Censores, & credo ad exemplar Censorum Romanorum institutos, nam in antiqua Athenienſium republica de iis non fit mentio apud auctores; nisi sic sit, cur ita loquutus fuerit Lucianus, mihi non liquet. *Palm*.

Pag. 48. lin. 35. Εὐδαμίδα] Εὐδαμίδαν. Menagius.

Pag. 51. lin. 24. Τῷ λέοντος] Leones Scythia non habet. *Idem*.

Pag.

ADDENDA.

Pag. 115. lin. 35. Παρεὶς ἢ ἡμῖν, Πάτρας τῆς Ἀχαΐας] Lucius Patrenſis. Vide Photium in Bibliotheca. *Menagius.*

Pag. 194. lin. 13. Γ' πωποτόλων θεήκων] An ἰππωποτόλων? ut αἰπιόλων. Non diſplicet. *Idem.*

Pag. 306. lin. 30. Οἱ ἢ Γηδῶι, ὑάλῳ περιχεῖ] Lege ὑάλῳ περχεῖ, ſeu potiùs περιχύῃ. Id eſt, *vitro incruſtat.* Indi mortuos incruſtaſſe teſtantur Herodotus & Diodorus Siculus. Peſſimè Interpres: *adipe ſuillo oblinit.* Idem.

Pag. 379. lin. 34. Ἡμῖν ὡς πωτοῖ] Τὸ ἡμῖν hic locum habere non videtur. An legendum ἢ μὴν? Id eſt, *revera, omnino.* Heſychius: ἢ μὴν. ὄντως. Idem.

FINIS.

L V-

LVCIANI

Rerum in ſecundo Tomo memorabilium

INDEX.

A.

ABAVCHAS 73. ejus amicus Gyndanes ibid.
Abradatæ conjux formoſa 8. continentiæ exemplar. 13
Abrœa Luciani matris amica. 79
Abrotonum meretrix. 515
Academia in utramque orationem parata 223. pro ebrietate & pro ſe verba facit. ibid.
Academicum eſt nihil ſtatuere poſſe. 106
Accuſatores & judices ſimul eſſe, abſurdum 22. verus accuſator palam arguit. 409
Acherontica palus prima mortuos excipit. 300
Achilles fluvium tranſiliit, & cæde Phrygum turbavit 383. Hectorem interfecit ibid. Lycaonem interfecit & Aſteropæum ibid. illi animum intendit viſus armorum 453. inter virgines abditus fuit 526. duobus fatis illum agi 772. ejus equus verſus recitans. 159. Achilles Hectorem occidit 261. à Paride occiſus. ibid.
Acino uvæ ſublatus Sophocles. 475
Acis ancilla Meliſſæ meretricis. 523
Actæon diſcerptus à canibus 560. 612. omnium hominum miſerrimus 712
Adimantus Myrrhinuſius 491. amoris maſculi arguitur ibid. ejus votum 496. & ſeq. 499. & ſequent.
Adoleſcentia per ſe ad voluptatem prona 690
Adonis ab apro offenſus, & ubi lugeatur 658. fluvius Adonis 658. 659. quotannis cruore infici putatur 659
Adorare Perſico more 505
Adraſtus à ſue aberrans Cræſi filium necat 123
Adulatoris & laudatoris differentia 27
Adyrmachus Machlynæ dux 63
Æacus Plutonis patruelis 301. cuſtos inferorum ibid.
Ægyptia lens 200
Ægyptii agricolantes 199
Ægyptii libri de terriculis 347
Ægyptii aquæ ſacrificant 152
Ægyptiorum templa 8. ſuperſtitio 30. Ægyptiorum templis, qui ſimiles ibid. Ægyptii divinis nominibus utuntur ibid. primi hominum cultum divinum inſtituerunt 657. ab iis hunc acceperunt Aſſyrii ibid. varia animalia pro diis habuerunt 713
Ægiſtho quid prædixerit Iupiter 773
Æqualitas in omni re juſta 406. res eſt jucundiſſima & convivio congruentiſſima 628
Æſchyli pugillares Dionyſius comparavit 387. ebrius tragœdias componebat 691
Æſchines Socratis ſocius imitandi peritiſſimus 12. Æſchines Socraticus fuit paraſitices ſtudioſus 254. Dialogos conſcripſit ibid. Æſchines Rhetor meticuloſus 257
Æſculapius Apollinis filius 142. aſcriptitius Deus 140. ex alienis malis, proprias ſibi moleſtias contrahit 212. ejus imago in balneo poſita 357. fulmine periit 562. medicus eſt 711
Æſopus fabularum ſcriptor 193
Æthiopem lavare 394. Æthiopes nigri 767. diei ſacrificant 159
Aëtion 6
Agamemnon cum quibus diis comparetur 29. Vinolentus 687
Agaſonis inhumana petulantia 237
Agatharcydes ſcriptor Aſiaticæ hiſtoriæ 474
Agathocles Stoicus de mercede diſcipulum in jus vocat 198
Agathocles Samius in quod diſcrimen inciderit 421. Agathocles Siciliæ tyran-

rannus 95 annos vixit 468
Agathoclis & Diniæ amicitia 40
Agathobulus 570
Agathon tragicus poëta 315
Agoræus ad Pœcilem ſtans 147
Ajax non fuit adeò magnus 173
Alani eadem lingua & cultu cum Scythis utuntur 67
Albus corporis color unde 6
Albus color mulieri convenit 257
Alcamenis pulcherrimum figmentum Venus hortenſis 4
Alceſtis ex inferis rediit 301
Alcibiades ditiſſimus fuit 125
Alcidamas Cynicus non vocatus ad convivium accedit 638. convitiator acerrimus ibid. per jocum dictus catulus Melitæus 642. inter claros oratores 690
Alcmæon laudatur quod occiderit matrem 803
Aleâ plerique victum parant 608. plerique contrà res deperdunt ibid.
Alexander Theſſalus ab uxore è medio ſublatus 197
Alexander medicus 590
Alexandri modeſtia 19
Alimenta mala corpus labefactant 719
Alys fluvius una nocte circumductus 356
Atho montem quidam vult ad Alexandri imaginem efformare 19
Amabiles incantatione fiunt qui ſunt odio digni 522
Amaſtris urbs Pontica 71
Amantis indicia quæ ſint 534
Amatoris inſani actiones 42. deformis multa dat, nihil formoſus 530. Amatores læſi, amare deſinunt ibid.
Amazon innixa haſtæ 4. quid pulcherrimum habuerit 5
Ambroſia Deorum cibus 207. Amicus liberis & uxoribus antepoſitus 74. amici vulgares quales ſint in utraque fortuna 36. ut eos ambiant Scythæ 57. unus homo ſunt iiſdem dolentes & gaudentes 63. Amicorum paria 38. 40. 45. 47. 49. 51
Amicus eſt ſolus fidus quo compotore utimur 250
Amicitiæ nomen eſt paraſitices principium 250
Amizocas 58
Amoris ſigna 129. moleſtiæ 542. amorem puerorum docebant Plato & Socrates 651
Amoris occulti ſigna 664
Amoris duæ ſpecies 690
Ampelis meretrix 534
Amphion 10. 460
Amphilochus in Cilicia qua mercede vaticinetur 713
Anacharſis gymnaſia Græcorum reprehendit 269. & ſeq. quem in finem 277. reprehendit & irridet Lacedæmoniorum certamina 297. & ſeq.
Anacreon Lyricus 85 annos vixit 474 476
Anaxarchus Alexandri paraſitus 255
Anchoram ultimam navigantes ſacram appellant 597
Androcles Epicharis filius 781. in Diaſiis libro recitato vicit ibid. ejus oratio de pulchritudine 788
Angina cur quidam dictus 446
Animæ optimæ imago 9. & ſequent.
Animæ violenta morte occiſorum oberrant 346
Anniceris Cyrenæus 694
Annulus Gygis quid efficeret 229. Item 511. annulus ex ferro de cruce ſumpto factus 338. annuli optatæ vires 512.
Anteas Scytharum rex 90 annos vixit 469
Antia Bellerophontem ſolicitavit 427
Antigonus medicus 330
Antigonus Philippi filius monoculus 81 annos vixit 469
Antigonus filius Demetrii 80 annos vixit 469
Antigonus filii uxorem adulterio vitians 197
Antiochus Stratonicæ novercæ innocens ibid.
Antipater Macedo 80 annos vixit 470
Antipater Demoſthenem ſibi addoci optavit 697
Antiphilus Alopecenſis 51. Dinomenis filius 53. quomodo liberatus 55. ejus calamitas 52
Antiphilus pictor Apellem calumniatur 398. 399
Anubis ex ſolido auro conflatus 132
Anubis templum compilatum ab Antiphili ſervis 51
Anus cur amentur 324
Anus Theſſalæ pleræque incantatrices

ces 522
Aornus petra inacceſſa viſa 312
Apelles 6. in eum calumnia 398
Aphrodiſia 554
Apide mortuo quid faciant Ægyptii 658
Apollo oracula obliqua reddens 143. vatem ſe dicens 144. quæ præcederent oraculum ejus 145. ejus verſus ib. apud Admetum ſervivit 121. illi barba non naſcitur 208. quibus in locis oracula habeat 212. Apollinis Lycii templum & ſimulachrum 272. ubi barbatus pingatur 677. mirum ejus oraculum ibid. ſolus ignorantia liberare poteſt 755. vates & medicus 767. varius & mendax ibid. Hyacinthum amavit 786
Apollodorus orator Pergamenus Auguſti præceptor 82 annos vixit 475
Apophradi ſimilem eſſe, quid innuat 432
Apophras quid ſit 438
Appendicula irridentur à medico 331
Apri Calydonii tergus oſtentant Tegeatæ 386
Aqua communis Ægyptiis 152. ob aquæ potum Seres dicuntur diu vivere 467
Aquila viſus eſt acutiſſimi 196. quænam putetur ingenua ibid. Iovi familiaris 203. Aquila Iovis 712
ad Aras confugiunt quibus vis infertur 156
Araneus muſcæ inſidiator 374
Arabiæ regio quàm ſuavem odorem ſpiret 675
Arbaces gladium educens in Arſacem 198
in Arcadia nullus philoſophus 220
Archias quid mandati accepiſſet ab Antipatro 697
Archibius medicus philoſophum increpans 167
Archilochus poëta cujas & qualis 432
Archimedes quid ante ſua præſtiterit 355
Archiplani Scytharum duces 59
Arena cur in certaminibus uterentur 290
Areopagitarum in judiciis mos 281. noctu cauſas judicant 460
Aretæus, Eudamidas, & Charixenus amici 47
Aretes modeſtia in rebus ſecundis 83
Arganthonius Tarteſiorum rex 150 annos vixit 468
Argoæ navis carina loquuta 160
Ariadne à Baccho in cœlum adducta 710. 711
Ariarates Cappadocum rex 82 annos vixit 470
Arignotus Pythagoricus 346. dæmonem abjecit 347
Supra Ariphradem fama 434
Ariſtides in paupertate diem obiit 125. in Themiſtoclem conſpiravit 428
Ariſtæchmus Ætolus 550
Ariſtænetus philoſophus qualis 539. Zenonis filius 636. ejus filiæ epithalamium 651. 652
Ariſtander Thelmiſenſis, Artemidorus Epheſius 775. juxta Ariſtandri & Artemidori præcepta ibid.
Ariſtippus Cyrenæus Dionyſii paraſitus 254. ob Ariſtippum virtus & mollities contendunt 229. 230
Ariſtobulus Caſſandrenſis hiſtoricus nonaginta annos vixit 474
Ariſtogiton Armodii paraſitus & pauper fuit 262
Ariſtonicus Marathonius qualis vir 700
Ariſtophanis laus 236
Ariſtoteles orſus eſt paraſiticam 255
Ariſtoxenus muſicus Nelei fuit paraſitus ibid.
Arma in pace ferre non licebat Athenienſibus 293
Armenii gens bellicoſa & ſagittandi perita 506
Arrogantia Perſica 454
Arſaces interficiens mulierculam 198
Arſacidis nulla pulchri ratio 453
Arſacomas 62. ejus amici Macentes & Lonchates ibid.
Artaxerxes Mnemon 86 annos vixit 471
Artaxerxes alius Perſarum rex 93 annos vixit ibid.
Artem cujuſvis conditionis homines addiſcere ſolent 239
Artis definitio 242. cuivis ineſt labor, timor &c. 248. ſordidæ artes vix neceſſaria ſuppeditant 597
Artium effecta Deorum ſunt dona 718
Aſander Boſpori rex inedia mortuus eſt 93 annos natus 472
Aſinus lyram auſcultans 380. 555. aſinus Cumanus 597. ex aſino conſpe-
cto

&to 108. ex asini anxietate 111
Aspasia meretrix prudentiæ exemplum 12. 174. fuit Colossææ magnitudinis 13
Asphodeli pratum apud inferos 301
Assentatores quales putandi 16. assentatoribus gaudentium exemplum 17. aliud ibid. & 18. assentator quomodo lauder 26. ejus finis aliquid accipere lucri 26. 27. exemplum ibid. quibus notis discernantur à se invicem laudator & assentator 28. assentatores Diniæ 40. quàm sint potentes, indocti exemplo ostenditur 389. item Pyrrhi Epirotæ ibid. assentatoris vis in bonum virum 411. 412
Astarten, lunam esse putant, Sidonia lingua 657
Assyrii columbæ sacrificant 152. ab Ægyptiis doctrinam de Deo acceperunt 657. unde notas inustas habeant 684
Ate 14
Athenarum laus 689. classis præfectura fuit summa dignitas ibid.
Athenienses causas agens 199
Athenienses irrisores in sermonibus 279. eorum urbs antiquissima 280. adversus Eumolpum & Hippolytam fortiter se gesserunt 292
Athenienses sine Demosthene, Æninenses & Thessalos esse dicebat Philippus 703
Athenodorus Augusti præceptor, cujus precibus patria levata est vectigalibus 82 annos vixit 473
Athotæ 130 annos vivunt 467
Atimarchus quidam per ignominiam vocatus 446
Attalus Philadelphus Pergamenorum rex 82 annos vixit 470
Attalo filius venenum porrigens 198
Attica crepida qualis 317. Attici soli primi homines olerum more è terra emerserunt 328. Attica paupertas 601
Attis ex solido auro conflatus 132. fuit Lydius, primusque sacra fecit Iunoni 662
Auditores si deessent Lycinus ad columnam vel statuam verba faceret 635
Aures fide minùs dignæ quam oculi 461
Aurum se amare dissimulans odio habetur 604. auri commoda 170. auri laus ex Pindaro 164. 165. alia laus 171. quàm multa mala creet 725

B.

Bacchæ Euripidis 388
Bacchis meretrix 622
Bacchus Iovis filius 134. ascriptitius Deus 140. vinum præbet 207. ei nova carmina componendi mos desiit 696. quomodo exceptus quum adversus Indos militaret 360. ex quibus constaret ejus exercitus ibid. qualis ejus currus ibid. qualis & ipse ibid. telum ejus, ignis 361. habet templum in Lesbo ubi sepultum est Orphei caput 385. fulmine periit 562. in Syriam est profectus 663. ei priapos Græci erigunt ibid. ejus parentes, patria &c. 710
Baculus Cynici Protei talento emptus 386
Balneum in usu post longum iter 78 90. ejus præclara constructio ab Hippia 356. & seq.
Baptæ 393
Barbam, comamque habebant veteres 724. barba cultus viri, ut equorum juba ibid.
Barbari non elegantiæ, sed opum amantes 454
Barcetis 66
Bardylis rex Illyriorum 90 annos superans 469. fama supra Bastam Chium 434
Basthes & Belitta amici 61
Batalus tibicen 391
Batrachion cocus 390
Battus sophista 391
Beatum est neque sitire, neque esurire, neque algere 255
tanquam Bellerophon librum circumfers 388. periculum Bellerophontis 417 in Bello ferrum gestare satius quàm aurum 169
Belittas & Basthes amici 61
Bendis ex solido auro conflata 132
Berœa Macedoniæ urbs populosa 101
Bipennis dictus est Cleodemus peripateticus 636
quæritur cur Boni plerique degant in paupertate, mali contrà 125. bonorum

rum post vitam fœlicitas 126
Boni viri à malis perduntur 411
Bona quot cum malis comparentur 721
Bonorum varietas data non ad necessitatem modò, sed ad voluptatem 719. bona alia pro valentibus, alia pro ægrotis, alia pro aliis creata 721
Bonorum quorundam caducorum enumeratio 511
Boni in vita infœlices 614. eos non negligit Deus 779. bonorum in vita status infœlix 139
Bos deus est Memphitis 152
Boüm carnes assæ mugiverunt 160. boves solis serpserunt & aufugerunt ex verubus 622
Bosporani pendebant tributum Scythis 62. eorum mos in petendis puellis ibid.
Bosporum Darius ponte junxit 799
Brachmanes apud Indos fuerunt longævi 466. philosophiæ studiosi ibid. tolerantiam ostentabant 576. salutato sole oriente pyram conscendunt 586. fœlix hominum genus quibus institutis vivant, utque igni pereant 594. Gymnosophistæ dicuntur ibid.
Branchus in rupe sedens 463
Bubonum sanationes 332
Bulim & Sperchim Lacedæmonios admiratus Xerxes, cùm posset, non occidit 701
Bupalum malitia superare 433

C.

Cæneus aliquando fuit fœmina 175
Cadaver apud Ægyptios oppignerari solitum 306
Calmidis Sosandra 4
Calanus conflagravit 576
Calceus pede major 20
Calliades pictor Ampelidis scorti amator 535
Callias fuit ditissimus 125
Callimedon proditionis arguitur 706
Callinus librorum scriptor 391
Calliope 12
Callistratus inter claros oratores 690
Calumniarum mala 306. 396. tractatus de calumnia à p. 396 ad 432. ejus imago 398. definitio 404. in ea quot spectandæ personæ 405. Calumniator consideratur ibid. unde originem habeat 412. qui fiat ut veritatem opprimat ibid. quis potissimum ei sit obnoxius 412. 413. unde petantur colores ejus 414. quænam sit efficacissima 417. ejus artium enumeratio 422. ingenium hominum illa audienda gaudet plerunque 423. consideratur is apud quem sit delatio ibid. & seq. Calumniari etiam justo accidit 428. homini familiare est in hoc labi ibid. quid debeat facere qui audit calumniatorem 431
Candaulæ quid acciderit 96
Canis perfecta laus 26. canis in balneo 264. canis virtutes 598. vitia ib. non ex canis podice, sed ex asini anxietate 117. Canis syderis effecta 278. Canes elephantis Indicis proceriores 342. Canis in balneo 382. non desinit corium arrodere quum semel cœperit 392. canis in præsepe 395
Cantharus philosophus 605
Carbatinæ Hyperboreorum calceamentum 335
Carbones fient thesaurus 503
Carceris incommoda 52 & seq.
Carneades recentioris Academiæ princeps 85 annos vixit 473
Cassandræ genarum rubor decorus 6
Cassiopea 18
Castalius fons divinus 490
Castrandi mos à Combabo ortus 671
Castrati vestem muliebrem gestant ibid.
Catechumenus 773
Catena Iovis 119
Causa indicta nemo damnandus 142
Causidicorum merces triobolus 223
Cebes Thebanus imagines scribebat 310
Cepa, Peluſiotis est Deus 152
Cerberi officium 448. Cerberus in oratione 448
Cercyon, Sciron, Pityocamptes, aliique viatorum cædibus insolescentes 140
Ceres panem exhibet 207
in Certamine spectanda pars nuda &c. 411
Cerva pedibus velox 331. leones cervis velociores ibid.
Cesti vis 171
Chæreas scorti Musarii amator 531
Chæreæ nuptiæ in dialogo Lapitharum.
Chaldæi ultra centum annos vivunt 467

tur hordeaceo pane vescantur ibid.
Chariclea Demonactis uxor meretrix 40. 41. ab amatore suo trucidata 44
Charicenus qualis homuncio 774. 775
Charinus scorti amator 522
Charmides amator scorti 542
Charixenus, Aretæus & Eudamidas amici 47
Charops Æginetæ Cinædus ditissimus 125
Chelidonium meretrix 539
ad Chelidoneas cur ab Africo tempestates concitentur 494
Chironis pedes ab equinis ungulis nihil differebant 724
Christianorum sapientia mirabilis 565. eorum studium, erga Peregrinum 567
de Christo nonnulla 566
Chrestus idem dictus per contemptum 773. Christiani sibi persuaserunt se immortales fore ibid. aliaque de illis in seq.
Chrysarium mulier venefica 516
Chrysippi syllogismi frigidi 205. 81 annos vixit 473
Chrysis amata à Glaucia 335. meretrix 336. 534
Cibus & potus corpori tantùm conveniunt 172. 173
Cicadam ala comprehendere 432
Cilix latro 199
Cinædorum cultus 725
Cinyræ mores 315. templum Veneri dicavit in Libano 659
Civitatis loca quænam sint 263. ea tectatur parasitus ibid. civitas quid sit 282
Classis præfectura, summa dignitas Athenis 689
Claudos auspicato die veteres aversabantur 441
Cleanthes Zenonis discipulus 99 annos vixit 473
Cleodemus peripateticus 330. 636. dicax & bipennis dictus ibid.
Cleodemus Critoni venenum præbuit ut patrem necaret 648. Discipuli sui uxorem stupravit 647
Cleolaus longum gradiens 779
Cleombroti Ambraciotæ saltus 764
Clenocharmus malè vestitus 775
Clinias Architelis & Eraticleæ filius 541
Clinias orator phialam suffurans 198
Clio 12
Clonarium meretrix 225
Cochlis meretrix 556
Cœna absoluta quid habeat 650
Cœna exequialis 307
Colonarium persolvere solebant ut innuitur 717
Colophone & Delphis parata sint omnia ad vaticinandum commoda 144
Colossus immensus à Rhodiis extructus 133
Columba apud quos sacra 662
ultra Colum vivere 344
Comam & barbam habebant veteres 724
Coma est indicium nobilitatis Ægyptiæ 492. eam religant Pallenenses ib. ubi consecraretur 684
Combabi historia 666 & seq.
Comitas majorum erga minores laudatur 14. hi soli invidiam fugiunt ibid.
Communes res nova pulchritudine ornare sapientiæ est magnæ 358. 359
Comœdiam cum dialogo conjunxit Lucianus 237. cur apud Athenienses agerentur comœdiæ 285
Comœdis cur liceret cavillari 285. illorum in theatro habitus ibid.
unus ex Comicis trigaleatus 605. 606
Comparatio elegans 21
odi memorem Compotorem 635
Consolationes parentum mortuis liberis 307
Consilium res sacra 309. 392
in Consultatione non ætatis sed boni communis habenda est ratio 142
Convivam facimus eum qui nobis est familiarissimus 250
Convivium victoriæ 570. convivii splendidi descriptio 168 & seq.
ante Convivium lavandum quum est linea sex pedum 617. dicteria conviviis apta 639
Copia quid sit 718
è Copro Memnon auditus 349
Coraci à Scythis vocati Pylades & Orestes, & cur 36. quid Schythis id vocabulum notet ibid.
Corinna meretrix 528
Coræbus 328
Corporis virtus est robur 719
Corporis pulcherrimi imago 5 & seq. ut comparari soleret apud Athenienses

fes 286
Coturnicum certamina apud Atheniensis 295. cur instituta 296
Cothurni metaphorica significatio 440
Cratetis orationes quales 313
Cratinus poëta comicus 97 annos vixit 475
Craton politicus 774
Crepida Attica qualis 317
Cretenses Iovis sepulchrum ostendunt 328. 712
Critias Nesiotes 339
Critolaus peripateticus ultra 82 annum vixit 473
Criton à Cleodemo venenum accepit ad necandum patrem 648
Crobyle meretrix 528
Crœsus Persis risum exhibens 178. ab oraculo delusus 124. bonis excidit 503. ab Apolline deceptus 767. Crœsi filius 27. eum esse mutum dolet pater 180
Cronosolon sacrificus 613
Ctesias Cnidius mendacii accusatur 327
Ctesibus historicus 124 annos vixit 474
Cumæus asinum conspectum non statim agnovit 434
Cupido luteus à mago factus 336
Cupido plus habendi malorum multorum causa 725
per Cybiben 438
Cyclops quidam dictus, cur 446
Cycnos non esse tam canoros ad Eridanum 371 & seq. illorum fabula ibid.
Cydias dives 510
Cydimacha 50
Cypni fluvii laus 451
Cyllenii Phaleti sacrificant 152
Cymbalium tibicina 545
Cynæthus Demetrii assentator 27
Cynætho adulantior 28
Cynici perstringuntur 717 & seq. de eorum vita lege totum Cynicum.
Cyrus major 100 annos natus obiit 470. causa mortis ejus 471

D.

Dædalus 14. ejus fabula accommodatur prospera fortuna bene utentibus 15. alia accommodatio 128
Dæmon à mago abjicitur 337. 338. varia lingua loquens ibid. niger ibid. dæmone abjecto domus reddita habitabilis 347
Dætymones vocati parasiti 246
Damis Epicureus & Timocles Stoicus acerrimè contendentes 137. 147
Damon & Euthydicus amicorum par 45
Dandamis 58. ejus amicus Amizocas ibid.
Darius Bosporum ponte junxit 799
Decrianus 77. sophista Pataræus ibid.
Deformis mulieris descriptio 516
Delphinum erga quosdam officia 500
Delphis & colophone parata ad vaticinandum omnia commoda 144
Demades Rhetor meticulosus 257. jocus ejus in id quod aquam biberet Demosthenes 691. Macedonum fuit amicus contra patriam 706
Demænete Eucrati marito post mortem apparet 345
Demetrius Suniensis Cynicus 51. ejus in Antiphilum amor ibid. hominum fictor 338. raptum indocto librum lacerat 388. 389
Demetrius Calliastianus 469
Demetrius Platonicus apud Ptolemæum accusatur 417
Democriti de animabus post mortem sententia 349. 104 annos natus inedia mortuus est 472
Demodocus 460
Demonassa Corinthia tribas 525
Demonax inter Ephesiorum primarios 40. ut occisus 44
Demophantus fœnerator frigidus sorti amator 535
Demosthenis sententia de reprehensione 141. Demosthenes ad bellum ineptus 257. 258. abjecto clypeo aufugit ibid. Thucydidis historiam octies exscripsit 380. Demosthenis & Homeri collatio 687. Athenæ patria 689 castitas & literarum studium 690. orationis textura & sententiæ 694. aquam potus orationes componebat 691. lucernam olebat ejus oratio ibid. aliæ ejus laudes ibid. & seq. auro inexpugnabilis 697. beatam esse urbem cui civis hujusmodi obtigit ibid. quanto præsidio fuerit patriæ 698. confertur cum Themistocle & Pericle 699. in Calauria mortuus 700. ob Hyperidis calumniam exulavit, sed honorificè postea rediit 700. 701.

omnibus aliis oratoribus anteponitur 701. consilio & prudentia commendatissimus 702. quanti faceret ipsum Philippus Macedo ibid. quid fecerit in Philippum ibid. contra ejus eloquentiam erigi trophæum non posse ajebat Philippus 703. eum Aristoteles ad Alexandrum & Antipatrum ducere solebat ibid. Aristotelis judicium de ipso ibid. pro patria mori statuit ibid. furebat amore patriæ 704. veneno se interemit 707
Demylus faber 344
Dentes serrato ebori similes 7
Derceto Semiramidis mater 662. ejus imago in Phœnicia qualis esset ibid.
Desideriorum inæqualitas 726
Deucalionis fabula 660. ejus tempore aquis obrutus est mundus 764. quæ de eo dicuntur ad Noë referenda videntur 661
Deus pater Filius & Spiritus unus ex tribus 770. in cœlo est, & quid ibi faciat 771. Deus creator omnia scit 773, 774. Deorum denominationes sortiti 30. de Deo variæ Ethnicorum opiniones 191. Deorum cultus inanis 120. obnoxii sunt Parcis 121. à se invicem differunt ibid. plerique sunt ex auro, argentove conflati ibid. curas & calamitates sustinent 128. Dii inquilini & ancipites 207. Dii omnia possunt 504
Dii varii variarum gentium 152 & seq. in eorum convivio quid quisque præbeat 207. quid agant inter convivandum nonnulli ibid. unde aliquando laudentur 694
de Diis factitiis decretum 714
Dii Ethnicorum ad Æthiopas comessatum euntes 149. Dii Ethnicorum pro cottabis habentur 774
Dextra apud Scythas in pœnam amputatur victo 38
Dialogus Philosophiæ filius 232. ejus usus 235. conqueritur quòd malè usurpetur à Luciano ibid. cum eo comœdiam junxit Lucianus 237
Diana conquesta se ad Oenei convivium non vocatam 151. ejus aræ in Tauris 153. ejus festa in Ægina 498. venationis est præses 786
Dianæ Ephesiæ templum quem in finem incensum 574. Diana de Oeneo conquesta 645
Diei adventantis signum 159
Differens & indifferens 229
Dinias cujas & qualis 40
Dinomachus Stoicus 330
Diogenes Seleucensis 88 annos vixit 473.
Diogenis de gloria dictum 24
Dionicus scyphum in pompa ostentabat 502. Dionicus medicus 634
Dionysius literas docens 178
Dionysius à Stoa ad voluptatem transfuga 226. Dionysius tyrannus ineptam tragœdiam fecit 387. idem Æschyli pugilares cur comparavit ibid.
Dionysodorus Rhetor 636. orationes in convivio pronuntiabat 641
Diotima mentis acie & consilio pollens 13. Diotimus ludi magister 539
Diotimus Megarensis 782
Diphili in Etœmoclem injuria 646
Diphilus cognomento labyrinthus 636. Scorti amator 519
Dipsas serpens nocentissimus 483 & seq.
Disci descriptio 289
Disciplinas sine bonis moribus non prodesse 648. Disciplinarum usus ad quid 283. Disciplinis vacant homines ut sint patriæ utiles 479
Discipulos à Stoicis non data mercede in vincula tradi 648
Discoracis opus 448
Divites magis fiunt improbi quàm boni 608. eorum vitia 616. non sunt verè fœlices ob voluptates aliasque delicias 624. eorum vitia & mala 625
Divites multos habent assecias 40. divitis indicia 78. æturnosius vivunt quàm pauperes 171. plerique sunt infœlices 503
Divitum miseriæ 176 & seq.
Divitiæ incertæ 503. earum mala 504. ob curas fugiendæ 624. earum nulla utilitas si teste careant 626. nuptias conciliant 636
Doctis gemina portio in Saturnalibus dari solebat 616
Dodonæum templum compilatum 204
Dolicho victoriam adeptus quid faciat 686
Dolorem in mediis non esse habendum 655
Domus laus 27. 454
Domus in tegumentum comparata 718
Dorcas meretrix 536

Dorio ſcortator bonis exhauſtus à Myrtale 553
Doris meretrix 517
Drimylus dives & avarus 170. 171
Droſe meretrix 539

E.

Ebrietatis lis contra Academiam 222. 223 & ſeq. ebrietas, flagitiorum defenſio 447
Echecratis pocula levia 501
Echinum manibus accipere 237
Echo probris à Pane peti ſolet 221. quid eam eſſe putent idiotæ 452
Educatio juvenum apud Athenienſes 282. 283
Eduliorum varietas cauſa morborum 722
Effœminati deſcriptio 391
Egeſtas eſt mala, ac pejus habere ſe facit ea quibus adfuerit 719
Eiramangas capere 775
Electri fabulæ refutatio 369 & ſeq.
Eleipaſmi inſpectorum 775
Elenchus veritatis & libertatis amicus & Deus 434
Elyſius campus eſt bonorum ſedes 301
Empedocles ſapiens 195. corbonario ſimilis ibid. clam inſiliit in Ætnam 560. 562
Epeus equum ligneum fabricavit & conſcendit 356
Epicharmus poëta comicus 97 annos vixit 475
Epicteti lychnus quanti emptus & quem in finem 388
Epicurei atomi 200. providentiam negant 210. 213. 227
Epigramma majus eſſe ſcrinio 689
Epiurus Myrtales meretricis amator 553. 554
Equi laus 27
Equus Medicus centauro ſatus, cappaphorus 381. ubi commodè currat 456
Eratoſthenes Grammaticus, poëta, philoſophus, geometra 82 annos vixit 476
Erichthonius è terra editus 328
Eridanus fluvius 369
Erigones canis inter ſydera 711
Eriphyle auri gratia maritum prodidit 722
Eris malum in convivium projecit 649
Eruditionis finis 283
Eſculentorum delectus ſecundum regiones 502
Ethnicorum Deorum vanitas 139
Ethnicorum variæ opiniones de Deo 191
Etœmoclis philoſophi ad Ariſtænetum epiſtola 644. canus homo & gravitatem præ ſe ferens 646. cur ad cœnam ab Ariſtæneto non invitatus ibid.
Euangeli Tarentini in Pythiis calamitas 384
Eubatidæ domus Corinthi 347
Eubœa reſecta à Bœotia immiſſo Euripo 799
Eubiotus Leucanoris frater nothus 67
Eubuli ingenium indicatur 703
Eubulides inter claros oratores 690
Euchenoris fatum 772
Eucratis obſcœnitas 185. ejus uxoris adulterium ibid. Eucrates quidam celebris mendaciis gaudens 329. Dinonis filius vir ſapiens 338. Eucrates Pyrræenſis qualis vir 700
Eucritus fœnerator 635. Eucritus adoleſcens amator Corinnæ meretricis 530
Eudamidas Aretæus & Charixenus amici 47
Eumelus Eleus citharœdus 384
Eumolpus Thraces ducens Athenienſes aggreſſus 292. à Philoſophia edoctus 595
Eunuchum nanciſci inauſpicatum 441. Eunuchus fuit Philæterus Pergami rex 470
Euohe militare ſignum Bacchi 362
Euphorbi coma Gratiis aſſimilata 30. auro intexta 169. Euphorbus à Menelao occiſus 173
Euphranor 6
Eupolidis Comici laus 236
Euripides Archelai paraſitus 255
Europam Phœnices templo honorarunt 657. ejus fabula ibid. nummus in ejus honorem ibid.
Euryſtheus miſſo ſervo Hydram, Stymphalidas aves, Thracios equos, & Centauros ſuſtulit 140. Herculi imperavit 712
Euthydicus, & Damon amicorum par 45
Exequialis cœna 307

F.

Fabarum esus à Pythagora interdictus 162
Fabrorum mos ligna ad regulam adæquantium 197
Fabularum commentum reprehenditur 327. quid commodi Græcis afferrent 329. fabularum interpretes apud Arabas fuerunt longævi 466
Faciei ob mala immutatæ exemplum 53
Fagus oracula edens 160
Fama bona unde capienda, ad doctrinam 391. fama supra Ariphradem, Misthonem Bastam 434
Fatum & fortuna potentia numina 119. fatum est quod omnia facit 123. fati necessitate alios bene, alios malè agere, ac proinde nec præmio nec pœna dignos esse 126. ejus persuasio facit ut cultus divinus contemnatur 714. inevitabile 771
Febrium periodicarum profligationes 332. curantur à statuis Polydamantis & Theagenis 714
Felices esse deos negatur 211
Ferarum in nocentes immissio in Amastri 72
Ferrum in bello gestare satiùs quàm aurum 169
Fictilium sufficiens usus 639
Filius erga patrem qualis sit 477
Filium qui afficit contumelia, contumeliosus est in patrem 760
de Finibus contendentes derisi 200
Flagris se mutuò cædunt Lacedæmonii & cur 296
utra vita Fœminæ an viri sit suavior 175
Formicæ Indicæ aurum effodiunt 172. 622. quid facere soleant formicæ 200. 201. formica est camelus, proverbium 619
Fratricida fuit Gosithres 471
in Frugalitate est virtus 718
Frugi ex habitu videri 776. pauci sunt frugi 777
Fulmen uno ictu occidit 601
Funebres orationes & ludi 307
Funiculus nimium intensus abrumpitur 521
Furiæ Plutonis ministræ 301

G.

Galea Orci 229
Galilæus cui tribuitur quod Christo competit 770
Gallus assessor Mercurii 160. cur sub ortum solis canat 161
Gallus adolescens in avem mutatus 161. Gallus Mercurio sacer 182. ejus pluma dextra longissima quam vim habeat ibid. Gallorum gallinaceorum certamina apud Athenienses 295. cur instituta ibid. Galli Rheæ sacerdotes Attin imitantur 663. cur vestem muliebrem sumant 671. de eorum castratione &c. agitur ibid. seipsos cædunt 681. quando se castrent 682 quid in castratione faciant ibid.
Ganymedes ascriptitius Deus 140. ob pulchritudinem talis factus 784
Garamantes ubi habitent 482. eorum venatio ibid.
Genicularium luctandi genus 83
Gentium quarundam mores 199 & seq. per Genetyllidem 438
Geryon quid denotet 75. ejus ossa Thebani ostentant 386
Getæ belligerantes 199
Glaucias Alexiclis filius ut amore Chrysidis est captus 335. quomodo ea sit potitus 336
Glaucus laudatus 26
Gloriam consequitur, qui gloriam contemnit 24. ejus amor cur necessarius 295. solus inevitabilis 586
Glyceræ vox blanda 315. 316. meretrix 515
Gniphon fœnerator 185
Goæsus 115 annos vixit 472
Gorgias sophista 108 annos vixit 474 ratio cur tamdiu vixerit ibid.
Gorgone inspecta quid accideret 460
Gorgon fuit puella elegans & amabilis 768. 769. fuit deorum monimentum 769
Gorgona meretrix 516
Gorgus vir agrestis 556
Gosithres Anaxerxem fratrem occidit 471
Graculus Æsopi 437
Græcia quàm ampla 200
Græci philosophiam facilè exceperunt 595. qui primi ex iis ipsam complexi sint

ſint ibid. Græcorum vituperium quòd præclarè de amicitia loquantur, at eam exercere neſciant 37
Gubernator bonus in tranquillitate non cognoſcitur 57
Guloſi in varia menſa dubitant quid primum edere debeant 692
Gyarus inſula ex Cycladibus una 44
Gygis anulus quid efficeret 229,
Gymnaſia reprehendit Anacharſis 269 & ſeq. irridet 219. eorum utilitas 271 & ſeq. cur in ea nudi veniant 295
Gymnoſophiſtæ iidem ac Brachmanes apud Indos 594

H.

Hæmus mons Thraciæ 682
Hebdomam quem olim apellarint 440
Hebrus Thraciæ fluvius 682
Hectori ſacra faciebant in Ilio 714
Hegeſii orationes quales 313
Helena 15. non fuit pulchra quantum ait Homerus 173. fuit anus tempore Trojani belli ibid. à Theſeo rapta ibid. ob pulchritudinem inter deos relata 784. à Theſeo amata 789. rapta juvante Pirithoo 790. plurimos procos habuit ibid.
Hellanicus Lesbius hiſtoricus 85 annos vixit 474
Hemitheon Sybarita libidinoſus 391
Hephæſtionem qui non colebat, odioſus Alexandro 419. quis illi poſt obitum honor ſit habitus ibid.
Heraclea via lapidea 2
Hercules Iovis filius 134. quædam ejus facta 140. aſcriptitius Deus ibid. carnes præbet 207. quid laboribus effecerit 227. laboribus immortalitatem adeptus eſt 711. Ogmius dictus eſt à Gallis 365. ejus apud eoſdem effigies ibid. & ſeq. Geryonis boves abegit 366. quid ſignificet effigies ejus apud Gallos 366. 367. quicquid peregit, oratione, non vi peregit 367. ſe cremavit 562. quare ſe cremarit 576. pingitur ſubſtrato pallio in cubitum jacens 639. Pholenſem Herculem ut pingant 639. nulla re indiguit 723. ob fortitudinem inter deos relatus 784
Hercules heros Tyrius, non ille decantatus 657
Hermagoræ verſus 147
Hermaphroditus natura mixta eſt 377. utrumque membrum habet 527
Hermodorus Epicureus pejerans 198. contritus 206
Hermotimi Clazomenii animam in corpus ejus redire ſolitam 376
Hermon Epicureus 636. Caſtoris & Pollucis ſacerdos 637
Herodotus mendacii accuſatur 327. Lyxi filius 461
Heron nomen ſenis nautæ 494
Herophilus Cynicus in fornice dormiens 198
Heſiodus ex paſtore poëta ſtatim factus 310. ei muſæ apparuerunt 379. poëta præſtantiſſimus 486. Heſiodi de ſcriptis judicium in tractatu qui diſſertatio cum Heſiodo inſcribitur à p. 486 ad 491. paſtor ſuperbus 610
Hieron Syracuſanorum tyrannus 92 annos vixit 468. 469. annos 70 regnavit 486
Hieromeniæ tempore nemo puniebatur 210
Hieronymus hiſtoricus 104 annos vixit 474
Himeræus poëta 22
Himeræus Phaleræus qualis vir 700
Hipparchus Hypatenſis 77. avarus ibid. ejus uxor maga peritiſſima 79. in corvum mutata 85
Hippiæ laudes 356
Hippocratis ſtatua ænea quid faciat 341
Hippocrenen inquinare 380
Hippoclides non laborabit 368
Hippoclidi non eſt curæ 780
Hippodamiæ hiſtoria 792
Hippolyta Scythica adverſus Athenienſes militavit 292
